cererem p̄sentē frumento eos iuuisse. Sacra insuper & mysteria
eius deæ tūc in eleusina suscepta: Quæ eadē & pene ægyptios
celebrātur. Nā & Eumelpides ab ægyptiis sacerdotibus tra-
ducti sunt: & a pastophoris p̄cones solos ex græcis athenien-
ses per Isidē iurare ac forma moribusq; ægyptiis similes: plu-
raq; alia his similia magis ambitiose q̄ vere afferūtur. Sed de
hac colonia ambigitur pp gloriā ciuitatis. Verū plures colo-
nias affirmat ægyptii a suis maioribus ad varia orbis loca:tū
propter ap̄litudinē regū: tū ,ppter hominū multitudinē tradu-
ctas: de quibus cum neq; certis vestigiis scriptoꝝ testimonio
cōstet indignas existimauimus que lēis mandarentur. Sed ha-
ctenus de his: quę theologi ægyptii tradūt. Nūc de situ eius
deq; nilo ac ceteris memoratu dicendum dignis.

ægypti
situs.

Seruonia
palus

H Egyptus ferme ad meridiē sita: tū quia ipsa natura
munita est: tū regionis amenitate c̄pteris v̄ regnis
excellere. Ab occidente desertū tutatur: & siluestris li-
byæ pars in lōgū p̄tēsa nō solū aquarū inopia: sterilitate terū
difficili aditu sed admodū piculoſo. Ameridie tū nili catara-
ctis angit: tū mōtibus ei cōtiguis. Atrogloditis extremisq;
æthiopiae finibꝫ: stadiis qnq; milibus & quingētis: neq; facile
nauibus fluuius est puius: neq; adiri itinere terrestri pōt: nisi
aut a regibus aut a magno quodā p̄parato ad vīctū cōmeatu.
Ab oriente vero tū fluuios munita est: tū deserto latissimi cāpi
baratra appellati. Est syriā inter ægyptūq; palus admodū p-
funda: quā seruoniā dñt latitudine oīo angusta: longitudo su-
pra ducēta stadia p̄tēdit: loci iſciis picula inspata afferūtur.
In arcto enī cōtractā: arenæ cumuli circūstāt: qui notis vētis
agitati in aquā defterūtur: adeo arena dēsa vt immixta aq̄ cō-
tinens vīdeaſ neq; facile terra sit an aqua discerni queat. Quō
sit vt plures ignota loci natura neq; viā edocti vadū tenentes
cū omni exercitu absorpti sint. Nā arenā: q̄ eminens stare vt
continens v̄ ingressi labūtur lōgius: neq; deinde raptis gut-

gite; regrediendi autem emergendi facultas datur. Limo enim de-
mersi nullā sperant salutē: cum enītī aut vti viribus nequeāt:
sed absorbentur in profundū ab arena aqua circūfusa cū veluti
jimus neq; vado neq; nauibus sit puius: q̄ res baratri cognomē
dedit. Et hæc de tribus: q̄bus ægyptus munitur ptibus dcā:
a quarto latere mare clauditur iportuoso: & quod difficilē p̄-
beat adeūtibus accessum. Nā a paretōnīo lybi ioppāvsc̄ quæ
est in syriæ sinu: stadiis vero qnq; milibus nullus nauigātibus
excepto pharo tutus est portus: loca sunt p̄terea p̄ vniuersum
littus stagnātia atq; ignota nautis: quo accidit vt maris se fu-
gere pīcula existimātes tanq; in tutū ad littus directis nauibus
de iprouiso in stagnis hæreat omni euadēdi spe sublata. Qui-
dam cū p̄uidere continētem nequeāt: regio .n. omnis plana
ac depressa est: hi qdem ad stagna ac palustria loca: hi ad de-
serta deserūtur. ægyptus igitur his locis redditur tuta. Forma
eius ob longa: nā maritā ora duo milia complectitur stadia.
Mediterranea vero: stadia circiter milia sexaginta. olim nū-
ero hominū oēs fere orbis gentes supauit neq; nūc quoq; aliis
nationibus multitudine cedēs. opida insignia ciuitatēsc̄ pris-
cis téporibus vltra decē & octo milia fuisse in ægypto libri sa-
cri cōtinent. ptolomæi lagī tpe āplius tria milia: q̄ & vſq; ad
nostrā ætatē pdurāt: ānumerata sunt Vniuersi populi numerū
fuisse antiquis septies decies cētena milii: nūc haud paucio-
res esse ter decies cētenis milibus tradūt. hæc extitit causa cur
tradantur priores ægypti reges magnis mirandisq; opibus ab
se multitudine hoīum constructis: immortalia gloriæ eorum
monumēta reliquiss. Sed de his posterius scribetur diligētius.
Nunc nili naturā regionūq; quas interfluit situm & p̄prietatē
p̄lequamur. Nilus a meridie ad septētrionem fertur: ortus ex
fontibus in extremis æthiopīæ finibus ad q̄ loca (deserta enim
sunt) pp̄ æstus intempiē nullus additus fuit Maximū omniū
flumē cum p̄ varias pluresq; feratur regiones: magnos flexus
facit. qñq; ad orientē & arabiam qñq; ad occidentē & lybiā
fluens. Eius decursus ab æthiopīæ mōtibus vſq; ad mare sta-
dia duodecim ferme milia cū eius flexibus cōplectitur. Facit
autē insulas in æthiopia tum plures alias tū maxie vnam insi-
gnē noīe meroē. Vbi duoḡ & viginti stadioī latitudinē hēt.
Ab inferioribus vero locis arctior est: cursu eius in duas ptes
diuisō. harū vñā: q̄ in lybiā defluit: vastæ p̄fundeq; absorbēt
arenæ. Quæ contra in arabiā fertur: in paludes ac stagna in-

Baratrū

Ioppe

Aegypti
formaptolemei
lagus

Nili ortus

Meroe

LIBER

gentia: quæ circū varie inhabitant gentes flectitur: ægyptum ingressus tū decē stadioꝝ tū pauciorum latitudine non recto cursu, variōs flexus agit: & nūc orientē nūc occidentē versus quandoq; in meridiē cōtrario delatus cursu. Sunt montes ab utraq; fluuii parte p̄tensi cōualibus & angustis p̄cipitiis interiectis: inq; quæ magno impetu lapsus rursus tāq; vi repulsus p̄cāpos funditur ad meridiē spectās usq; ad locū efficanū noīe: & naturalē deinceps repetit cursum. Tū insignis fluuius solus omniū absq; fluctibus quietus est & trāquillus: p̄terq; cū fertur inter cataractas. locus est latitudine stadioꝝ decem accliuis: p̄ceps in angustū: clausus inter conualles: vbi frequentia saxa scopolis similia aquā magna vertigine mirabilisq; allīam reflectūt: inq; contrariū cursum spumis agunt redundantibus. Quæ res stupore aspiciētibus p̄bet. Est. n. ita velox hoc in loco aque decursus vt sagitte similis videatur. Cū augetur aqua tū incremento nilus: iōq; leniore cursu aqua supereminente scopolis quidā p̄ cataractas nauibus venti cōtrarii discedunt: Ascendendi nulla est facultas fluminis oē hominū ingenium superāte. Cataractæ plures sunt: sed maxima in ethiopia atq; ægypti finibus sita. cōpleteatur fluuius insulas plurimas. sed p̄cipuā meroē in qua est vrbs insignis iusulæ noīe: quā cābises cōdidit a matre eius denoīata. Huius insulæ forma scuti plimi lis magnitudine superat ceteras nili insulas. Patet. n. longitudo stadiis tribus milibus latitudine mille. ciuitates i ea sunt plures. sed ceteris nobilior meroe: ab cuius vno latere lybiam versus plurimi arenæ cumuli cū ab altero ad arabiam politę p̄cipitiā mōtis insulā cīngūt. Effodiūtur in ea aurū: argentū: es: ferrū: hebenū insup fert: lapidūq; multiplex genus. Tot āt nīlus insulas cōtinet: vt ferme sit incredibile. Nā p̄ter eū locum quæ a forma loci appellant delta: ferunt alias quoq; in eo insulas circiter septingētas harū quasdā ab ethiopibus incolit milīūq; in eis seri. Quasdā serpentibus ac cynocephalis variisq; feris siluestribus infestas Ac ppteræ accessu difficiles. Nilus in egypto in plures scissus partes eā formā quā delta dicunt: effecit. Profundiorē fluuiū reddit maris ingressus septē ostiis in pelagus delatū. hōꝝ primū ad orientē vergit qđ pelusium vocant: secundū paniticū. Deinde tertīū mendesium vocant: phæniticū. sebēniticū bolbitinū. vltimū canopicū. a nōnulis Herculē noīatum. Sunt & alia ostia manufacta minime p̄tereūda. In eoꝝ quolibet vrbs sita est diuīsa flumine pontibus

Nili ca-
taractæ

Delta

Nili
ostia.

ab utraq; pte exitus & custodiis munita. Ab ostio pelusiaco fo-
sa est ope sumptuoso ad arabicū sinum ac rubrum mare ducta
Hanc primū a nechao sammatichi filio agi ceptam Darius p-
sarū rex pficere aggressus imperfectā reliquit: admonitus a qui-
busdam si locus interiacens effoderetur fore vti ægyptus ois
cum mari rubro esset depresso: ab aq; mergeretur. Secūdus
postmodū ptolomæus illā pfecit opportūiori loco fossam sū-
ma arte efficiens. Huc cum nauigare cupet aperiebat eam rur-
sus cum vsus esset claudens flumē quod in fossam defluit: a no-
mine autoris ptolomæū vocant: In exitu ciuitas cōdita est Ar-
sinoe appellata. Ea quā deltam dixim⁹: similis siciliæ formæ
ab utroq; latere cōtinet stadia septigenta & quiuaginta Quæ
vero est mari ppinqua stadia mille trecēta. Ipsa insula plurib⁹
fossis manufactis diuisa. Agros hēt fertilissimos ægypti: circū
data enim flumine atq; irrigua: tum cura incolarum terram omnem qua-
dam machina ab archimedē siracusio adiuuenta: quā a figu-
ra cocleā dixerat: irrigantū multiplici fructu copiosa est. Nilus
etīa leniter fluens cum multam variamq; terrā secum ferat q-
busdam in locis humilibus paulum stagnans regionē fructife-
ram fertilemq; effecit. Radices in ea multifariam nascuntur gu-
stu varia fructum & olerum natura. q; multum tum egenis cō-
ferunt: tum infirmis ad valitudinem: non solum vero cibos
varios affatim prebet ad saturitatem egentibus: sed aliis quo-
q; necessariis ad vitam rebus nō parum confert adiumenti. lo-
tum preterea fert plurimū ex quo panem conficiunt ad victus
ægestatē ciboz insup abundantius fert quod appellant ægyp-
tiam fabam. Sunt & arborū plura variac; genera quarū q;dam
pseaz dñr: cibus dulcedine prestans a perlis ex æthiopia alla-
tus quo tpe cambises ea loca subægit. Sycomoz vero aliae:
aliae mora ferunt aliae fructū ficibus similē: quē cum toto fer-
me anno prebeat nō pui adiumenti vulgo exurientibus prestat
Vata q;inixaria dñt circa nili ostia nascuntur: q; quoniā suauia
sunt gustu tragēmatis prebenz̄ loco: conficiunt quoq; ex hor-
deo poculi genus Cito nomine haud multo iferius sapore vi-
ni: Utūt etīa p oleo ad lucernarū vsum liquore expresso ex
planta: quam cicā vocant Plura insuper fert alia ægyptus vi-
etui hominum vtilia q; singulatim prosequi longum esset. Be-
stias nilus quam plures nutrit forma dissimili ac natura: sed
duo precipua: q; admodum inter se differunt Crocodilum &

Fossa in
ostio pe-
lusiaco
suptuosa

Arsinoe
.c.

Nili fœ-
cūditas

Faba ægy-
ptia.

Citon.

Cica

Crocodi-
li natura.

LIBER

æquū : horum Crocodilus ex minimo in imēsum aīal euadit.
Nā cū oua eius anserinis similia existat: ex his genitus pullus
ad sexdecim cubitorū magnitudine excrescit lōgitudine vitæ
hois ferme est: lingua caret : corpus mirabile natura munitū.
Nā dorsum eius vniuersum squamosum est duritie p̄cipua: ex
vtrōq; orbis latere dētes hēt perplures : in quis duo maxime
eminēt. Nō solū hoies comedit: sed & cætera terrestria anima
tia flumini appropinquatia vnguis grauiter discerpit. Mor
su est aspero tetroq; vt quod dēribus iaceret nūq; sanetur. Ca
piebarur priscis tēporibus hamis recenti carne apposita nunc
qñq; rete valido prout & quidam pisces: qñq; instrō ferre ex
ciba ad caput iniecto. eōg; ingens est multitudo in flumine &
stagnis p̄pinquiū: tū quia fēcūditatē excedit: Singulis. n. pa
rit ānis: tū quia graro capiatur. Nam & a qbusdā accolatū vt
de⁹ veneratur: & externis est inutilis labor ob carnes eius ma
las. At illoq; fēcunditatē natura salubri remedio obstitit. Aīal
caniculo persimile. Ichneumō: nā iuxta flumen bellua parit:
oua inquirēs cōterit. Quodq; dictu mirabile est: nec oua co
medens: neq; illa sua vtilitate: sed natura duce ad necessariā
qdā mortaliū cōmoditatē. Eqnī vero: quem vocant: magni
tudo haud mīor cubitis quīq; : quattuor pedibus vngula mo
re bouis fixa . Dentes ex vtrōq; latere tres hēt: vltra reliquas
feras eminētores aures caudam vocem equis similē: reliquū
corpus haud dissimile elephanto . peilis est vltra cæteras be
lluas durissima. Aquatilis ac terrestris bestia die quidē in imis
aquis latet: noctu in terrā egressus: tū frumenta depascitur: fœ
nū. destruens passim propinquas agros messe. Fēcūdissimū
prole aīal vt qđ singulis annis parturiat . capitur arte quadā
hominū illos telis appetentiū. Cū. n. appent: circūstant vndiq;
hoies: vulnerantq; teloq; q; aligāt funibus tactu: laxātq; quo
ad ex anguis factus capiatur. Carnibus est durissimis & ad di
gerendū diffīcillimis. Interiora singula inutilia ad vescendū.
Præter has belluas variū ac multiplex p̄scīū genus. Nilus af
fatim p̄bet v̄fui non solum eius regionis incolis sed externis
quoq; ad quos salliti deferuntur. vtilitate cōmodisq; cæteros
orbis fluuios excellit . Incrementum eius a solsticio incipiens
æstiuo v̄sq; ad æquinoctiū : sempq; nouū limū secū querens.
Rigat tum cultas regiones tū incultas q̄to tēpore velint agri
colæ. Aqua. n. leniter fluente facile eā paruis aggeribus arcent
inducūtq; p̄ cōmodo terræ: tātā vero fertilitatē infert: & agri

Ichneu
mon.
nili equ⁹

colendi facilitatē: vt cū seuerint aut oues introducant in campis ad cōculcanda iacta scmina: aut aratro leui terrā subducant: neq; nisi quattuor aut quinq; exactis mēsibus ad messem redeuntes: breui tēpore vberrimos fructus absq; vlla impensa aut dāno reportēt. Alibi agricultura magno labore exeretur ac sumptu. Soli ægyptii minima impensa labore tenui fruges fertiles afferunt. Vineæ quoq; codem rigatæ mō vino abūdāt. Terra inculta pecori ad pastū relicta adeo exuberat herbis: vt oues bis anno pariant: bisq; p̄beant lanā. Incrementū nili aſſipientibus v̄r admirabile: incredibile audientibus. Solus.n. inter reliqua flumina adeo æstate crescit: cū decrescat cetera: vt totā inundet ægyptū hyeme minuitur cū reliq; augentur. Est ægyptus plana & campestris cūq; vrbes: vici: agricolarū mapalia aggeribus munita aq; inundationē deuident tāq; clyclades apparent aſſipientibus. Terrestres belluae oēs q; in campis remanent suffocātur aqua: quæ cuadunt: ad altiora confungiunt loca. Pecora inundationis tēpore in stabulis reclusa nutrituntur a colonis: ad id antea p̄parato pasto. vulgus remissis operibus rusticis ociosum epalū indulget ac voluptati. Quo niā plurima cura molestiaq; vrgebat accolas nili inundatio: ex cogitata est in memphi qdā incremēti et mēsurandi a regib; obleratio. Itaq; quibus id negocii dmandatū erat: p epistolas, vibibus v. cīsq; significabant quo: cubitis quotue digitis fluvius auctus esset: & simul quo tēpore cæpisset decreſcere quo mō vacuus reddebatur ea sollicitudine populus: icremēti magnitudine decrementoq; notis Vbertatē futurā e vestigio ab inundationis mō notatis prioribus tēporibus noscebāt. Occulta inundationis hmōi cā multos dubitare: tū phōs tū historicos: ac varia sentire cōpulit. De qua re paucis differemus: vt neq; modum excedat historia: neq; ab omnibus adeo quæſita agitata quæ res relinquatur intacta.

DE nili incremēto de eius fontibus: de ostiis: quibus descēdit in mare: deq; rebus aliis: qb' maximus oīm quæ in orbe sunt a ceteris differat. Quidā scriptorū nihil ausi sunt tradere licet qnq; etiā de suis torrétab; cōſcripſissent. Alii cās reddere conati p̄cul a vero senserūt. Nā q; ellanicī cadmiq; & ecati ætate fuerunt: oēsq; prisci illi scriptores ad fabulas declinarūt: herodotus qui multarū cōſcripſit histriam rerum causam reddere volens sibi ipsi repugnat: xenephon tucyrides quorum historiæ veritas cōprobatur ægypti

Oues fe
cundæ
Nili icre
mentum

Modus
egiptiose
viuēdi tē
pore nili
inunda
tionis.

Herodo
t' arguit.

LIBER

loca minime attingerūt. Eos āt qui circa ephorę ac theopōpū extitere p̄ceteris hęc scrutatos deseruit veritas. Aberrarūt vero oēs non negligētia sed regionū situs ignorātia. nā priscis usq; Ptolomaī philadelphū tēporibus nulli grecorū nedum in æthiopiā: sed ne egypti quidē montes Ita difficiles aditus periculosisq; admodū ad æthiopiā erant transcēderūt. Ptolemaeus primus omniū cū grecorę exercitu æthiopiā ingressus diligēter de situ earū partiuſ scrutatus est. Itaq; locoꝝ inscritia errandi materiē priscis scriptoribus p̄buit. Nili fontes locaꝝ ex quibus fluit: nullus ad hoc tēpus scriptor neq; vidisse se dicit: neq; audisse ab aliis: qui se affererent aspexisse: ex quo res ad opiniones & coniecturas peruenit: Egyptii sacerdotes ab oceano qui orbē circuit: nilū h̄e principiū ferūt: nil afferētes certi: secūdū certa incertioribus soluētes. Rōnes vero redditū in eodē fidem q̄ plurima indigeant fide. Troglo dytae. qui pp̄ æstu loca incolunt eminētiora: volgios vulgus appellat. aut loca aquosa esse e quibus coniūciūt pp̄ter plurimos eius regionis fontes in vnū cōfluētes nilū effici. Meroē vero insulā habitantibus quoꝝ opinio cū sint eis locis pp̄inquiiores veri similiōr deberet videri: adeo nili ortus est incertus vt ip̄sum astropō idest ortā ex tenebris aquā vocent. Ita nilū ab locoruſ inscritia cognominarūt. Nobis aut̄ propius vero esse v̄: quod procul ab omni figmēto est alienum. Haud vero ignoramus herodotū: qui libyā q̄ ad orientē q̄ ve ad occidentē vergit interfluere nilum scribit arbitrari eos quos nasamolos dñt: dili gentius nili ortū scrutantes: iōq; tradere: ex stagno quodam oriri perq; æthiopiā ferri. Verū neq; id lybiis: quis verū sequi videātur: neq; scriptori incerta affrenti fides est adhibenda. Sed quoniā iam satis de fontibus cursuq; nili scripsimus: deinceps causas incrementi discutiemus.

Thales:
anaxago-
ras & eu-
ripides
errasse vi-
dentur.

Hales qui sapiens inter septē est annumeratus: tradit spirantibus ethesiis nili cursum a mare reprimi: eoꝝ aquis excrescentibus ægypti: q̄ plana est & humili regio: inūdationē sequi. Quæ rō quāuis nō nihil videatur affere tñ facile argui vt falsa pōt. Nā si id verum esset fluui oēs flantibus ethesiis simili augerentur incremento. Qđ quia minime accidit in reliquī orbis partibus alia causa verior quērēda est. Anaxagoras physicus incrementi cāna dixit esse niue in æthiopia liquefactā. Qđ & eius discipulus euripides v̄ senire scribens nilū excrescere: cū ægypti liquecant niues: quæ

Nili ort⁹
Troglo -
dytae.
Volgii
Astropos.

ratio facilime potest refelli cū palam sit oībus ppter caloris
 intēperī aut in ethiopia niuē non esse aut in eis locis pserit
 circa nīlī decursum gelu aut oīo hyemē vīgere. Qđ si quis in
 æthiopia esse niuiū copiā cōcedat tñ cōuincit falsam eā cām
 videri. Nā flumē ornne niuibus excrescēs aurā frigidā aerēq;
 crassum reddit. At solus oīm nilus neq; nebulas neq; aurā frig-
 idā gignit. Herodotus nilū ait ipsa natura esse talem qualis
 fit incrementi tpe. Hyeme vero sole ad lybiā delatū attrahere
 ad se humorē: ob eāq; rē ppter naturā eo tēpore flumē de-
 scere æstate vero abscedēte versus artū sole: cum græciæ: cū
 similiū locoq; fluuios arescere minuiq;. Non esse igitur quo de
 nilo fertur admirādū: si æstuio crescit tēpore diminuitur hye-
 me. Verū si hoc nilo accidatur solis æstu hyeme humiditas at
 trahatur & in reliquis quoq; libiæ fluuiis id cōtingere necesse
 esset: vt hyeme arefcō humore diminuat. Qđ cū pcul vero
 sit: certe scriptoris error palā depndit. Et. n. græciæ nō ga-
 sol lōgius absit augētur hyeme flumina: sed ppter pluuias fre-
 quentes. Democritus abderites non meridionali niue aquarū
 augmētū fieri dicit: sicut euripides Anaxagorasq; sensere: sed
 septētrionali. Niuiū enim coaceruatā magnitudinē in boreæ
 regionibus ait brumæ congelatā tempore: æstate liquefcere.
 Iōq; eleuatis sursum vaporibus multas densasq; nebulas circa
 montana tolli cacumina: q; ab ethesiis ad altissimos quales in
 æthiopia sunt montes dlatæ deinde in pluviā versæ magnos
 efficiant imbræ: qbus ethesiariū tpe nilus augeatur. Hæc op-
 nio facile reiici pōt: si quo tēpore flant ethesiæ ppendas. in-
 cipit. n. crescere nilus solstitio æstuio nondū flantibus ethesiis
 Cessat autē equinoctio autūnali iam olim his vētis gesctib⁹.
 Quando igitur ratio opinionē superat: laudandū est ingenii
 scribentis: sed haud quaquā adhībenda fides. Pretero quod
 palam est non magis ab arcto flare ethesiæ: q; ab helspero. Nō
 enim boreas haud septētrionales venti sed qui ab æstuio occi-
 dente flant: ethesiæ vocantur. Dicere autē hoc maxime circa
 æthiopiæ montes contingere: non solum improbandum est:
 sed etiam non credendum. Ephorus recētiorem causam per-
 suadere conatur: plurimū tamē a veritate remotam. Ait enī
 ægypti terram omnem nīli inundatione exaggeratam raram
 aridamq; natura esse. In qua terræ hiatus maximis diuersisq;
 in locis existant. Ideoq; hyeme humiditatem omnem attrahere atq; in se cōtinere quam æstate veluti sudorem quēdam

Demo-
critusNili icre-
mentum

Ethesiæ:

LIBER

quo flumen augetur: emitat. Sed hic auctor non solum videtur ægypti loca naturæq; nescisse: sed ne eos audire quidem qui scirent. Nam si ex ipsa ægypto nilus incrementum susciperet nequaquam in superioribus inundaret per saxa & dura loca fluens. Sed amplius sex milibus ex æthiopia delatus eodem est: quo anteq; ægyptum ingrediatur: incremento Preterea si nili cursus humilior esset raritate terræ a flumine insuperductæ: impossibile videtur hiatus: qui in superficie forent: tantam aquarum vim absorbere potuisse. Item si nili decursus humilior terra superinducta foret: superiores terræ hiatus esse contingent. a quibus impossibile fieret tantum aquæ manare. Si vero superiorem tenet fluvius locum: haud est possibile ex locis depressioribus concavisq; sursum ferri aquatum cursum. Quis vñq; crederet fieri posse humores: qui ex raritate terræ affluenter: tantum incrementum fluminis adituros ut viviuersa ferme ægyptus inundaretur? Pretero hanc rationem in raritate terræ exaggerat et tantum aquæ contineri: mendacem deprehendi palam possem. Meander quippe fluvius plurimū terræ attulit Asiae regionib?: per quas fluit: in quo nil simile nili incremento conspicitur. Simili modo & in acarnania etholus cephisus in boetia a phoceis descendens: non parum eis oris terræ superaddidere: quæ col'i posset. Ex quibus manifeste deprehenditur scribentis error. Itaq; nullus ab eo veritatē exquirat vidēs eum in paucis vera sensisse. Quidam in memphi philosophantes rationem huius incrementi reddere conati sunt: magis quæ non reprehendit: q; quæ probari posset. Nā orbem in partes tres diuidentes vnam esse aiunt quam nos incolamus. Alterā huic ecōtratio sitam. Tertiā in thebas inhabitablem solis calore adustā. Si ergo nilus hyeme cresceret certe a nostra zona ortum haberet: cū eo tempore apud nos pluiat maxime. Verum cum æstate augeatur videtur simile veri in zona nobis opposita hyemē esse: eoq; ingētem aquarū vim eo tempore manātem incremento cām præbere. Hac re nulli ad fontes nili accessus patere tradūt: quoniā in ex opposita zona ortus per inhabitabilem fluat. cuius rei testis sit aquarum nili precipua dulcedo: cū per loca sole adusta decurrat: quod causam prebet ut dulcedine cætera exuperet flumina: tāq; caloris natura eū sapore fluminī p̄stāte. Sed huius sententiæ depulsio in promptu est. Impossibile. n. vñ ex opposito nobis orbe flumen: si quid terra rotunda existat: ad nos sursum ferti. Si quis

Meader.

vero conetur suis argumentis veritatem euertere: natura ipsa rerum repugnat. Verum illi quo recta sensisse videretur loca deserata incultaque interposuere, ne eorum sententia manifesto argumeto impugnaretur. Sed aequaliter est: quod aliquid pro comproposito affirmatur aut certum suae sententiae afferre testum: aut ea ex cōcessis principiis probare. nam quoniam inter oēs fluuios nilus ex illo orbe ad nos solus fertur: & reliqua quoque flumina quēadmodū in hoc orbe cōtigit ab eo effluere merito deberent. Dulcedinis vero fluuiū cā quā afficitur: rōe penitus caret. si non caloris aestu decoctus fluuius dulcedine sortiretur: neque gigneret animātia neque varias pīscī aut ferarū species cōtineret. Aqua non oīs a natura ignis alienata nequaquam generat. Cū autem nili natura oīno huic contraria existat: existimandū est eas incrementi causas nequaquam vereas esse. Inopides chius tradit aestate aquas infra terrā esse frigidas: calidas hyeme. Hoc in puteis profundis planū ostendit: quorum aqua maximis caloribus admodū frigida sit. Ingenti frigore calida: & nilo igitur merito accidere: ut hyeme parvus cōpressoque propter terrae caliditatē cōsumptā: cum aegyptus pluvia humiditate existat. aestate vero cū aegyptus pluvia cōreat: terra minime aquā absorbēte flumē nullo impedimento augeri. Huic quoque respondēdū est plures lybiæ fluuios ostiis & cursus nilo similes dissimili esse argumento: cū hyeme impletatur: quod aestate sint exiliores. Ex quo arguitur non recte sensisse auctorem. Agathargines gnidius proprius veritatem accessit. Ait enim singulis annis per aethiopiæ montes continuos ab aestuali solsticio usque ad equinoctium autunale imbræ fieri: haud mirum igitur nilum hyeme compressum secundum naturam iis aquis fluere quas fontes subministrant: aestate vero propter imbræ incrementum capere: licet autem hucusque certam huius incrementi rationem reddiderit: non tamē nostra opinio contēnenda est. Multa enim preter naturam fieri videuntur: quorum causas difficile est ad vnguem noscere. Nonnulla huic rei sunt argumēta: que in aliquibus Asiae locis fiunt. Mōtes etenim scythiae caucaso cōtiguos annis singulis: iam exacta hyeme immensæ niues continuis pluribus diebus opulent. In oris indiæ: que ad septentrionē vergunt certis temporibus plurimè grandines incredibili magnitudine deicendunt: Apud Idaspem fluuiū aestatis initio continui imbræ pluunt. In aethiopia vero post dies aliquot idē cōtingit. Non ergo proficul a vero esse dixerim ex aethiopiæ mōtibus: que in aegypto

Aqua in estate in locis pro fundis inclusa frigida est:
In hyeme vero calida.
Nil? cur crescat.

Nota.

LIBER

adiacet continuos imbres incrementū fluuiō prebere: preser-
tim cum etiam barbari ea incolentes loca huic rei testimoniu-
ferant. Si aut: quæ de nilo feruntur contrariā habēt iis: q̄ apud
nos esse dicūtū: naturā non tamē propterea fides rebus detra-
henda est. Et enim notum apud nos pluuias afferre videamus
æthiopibus serenitatem. Et ventos quoq; boreæ in europa es-
se vehemētes in illius vero regionibus remissos. Et de nili in
undatione ne modū excedamus hactenus. Quoniā hūc librū
in duos: ne modū trāsgredēremur partiti sumus absoluto prio-
ri: secundus nobis ordinādus est. In quo de antiquis ægypti
regibus: deq; iis quæ priscis tēporibus acta sunt: disseremus.
Finit liber primus.

Incipit secundus in quo hæc continentur.

Gesta regum ægypti vscq; ad amasum regem.

De sepulchris pyramidib; q̄ ægypti: quæ inter septem mira-
cula annumerantur: & eorum conditoribus.

De legibus ac iudiciis ægyptiorum.

De animalibus diis apud ægyptios sacrī: eorumq; cultu.

De moribus quos in sepeliendis mortuis seruant.

De græcis excellentibus doctrina viris: qui eruditiois gratia
in ægyptum profecti sunt.



Vm primus liber ppter ipsius magnitudinē
in duos sit libros diuisus: prior totius opis
phemū cōtinet: & q̄ de nūdi creatōe. deq;
prima oīum origie ac de diis: q̄sue sui noī i
ægypto cōdidisse vrbes ægyptii tradāt Pri-
mū insup hoīum ortū & eos priorē vitam.
Propterea honores imortaliū & tēplog; ædi-
ficationem. Tum describitur ægypti situs. & q̄ de nilo preter
opinōnē feruntur: eiusq; inundatione: q̄due de ea: tum histo-
ria: tum philosophi sentiant: & in ea re l̄criptorum dissensio.
Hic autem liber continuato superioribus scribendi genere:
priscorū ægypti regū ad amasum vscq; regem gesta continēs:
a primæua ægyptiorum vita initium sumet. Priscis victum
ægyptiis herbas ac palustres caules radicesq; quas gustu exti-
cōprobassent fuisse tradunt: eaq; quam agrisim dicunt herba
tum precipua dulcedine: tum hominibus ac iumentis vtilis in
primis vslis: Eius vtilitatis memores ad hoc vscq; tempus viri
iac manib; decerpta deos ornat: existimātes hoīem limosum

Egyptio
rū vīctus

Agrisīs
herba

ac pa*l*ustre animal esse: sumpta c*ō*ie*c*ura: tum ab eius humili naturaliq*z* oru: tum q*a* magis humidis: q*z* siccis egeat cibis: pisces deinde secundū cibum ægyptiis fuisse tradunt: nilo eo rum copiam prefertim cum decrescens in alueum redit ferēte. pecorū quoq*z* carnibus vescentes: q*d*am eoz pellibus p*o* veste vtebātur. Domos ex arūdinibus c*ō*ficiebāt cuius rei vestigia penes ægypti pastores pmansere: hucusq*z* nulla alia nisi ex calamis facta habitacula p*b*ent. Hac vita plurimo tempore exacta: postmodum altis fructibus in quis panis erat ex lotu factus vesci c*æ*perunt. Horum inuentionem quidā ad l*sidem*: q*d*am ad antigorē nomine Menā referunt ægypti regem. At vero sacerdotes disciplinarum artiumq*z* repertorem Mercurium fuisse tradunt. Eoz vero quae ad vitam spectant reges. Quapropter antiquius nō ad principatiū p*geniē* ferebantur regna: sed ad eos: qui plurimū de hoīum vita meriti viderentur: siue ob cōmūnē vtilitatē creante sibi reges populo: siue ita in libris factis cōtineretur. Eoz nōnulli fabulātū deos primū & heroas in ægypto Paulo minus decem & octo milia regnasse annos. Deorsūq*z* postremū orū ifidis regno petitum: homines vero paulo minus annorum quīndēa milia v*sc*q*z* ad centesimā atq*z* octogesimā olympiadē: quo tempore in ægyptū transcedimus regnāte ptolomæo: qui nonus est Dionysius appellatus. Aegypti maiorem partem tenuere reges indigetes: pauca æthiopes: persæq*z* ac macedones. æthiopes quattuor: non contintuis sed diueris tēporibus: regnarunt annis ferme sex & triginta. Persæ duce cambyses rege: qui egyp*tum* armis sub*eg*git annis centum trigintaquinq*z*: quoz insolentiam crudelitatemq*z* atq*z* in deos patrios inpietatem dānantes egyptii ab eis postmodum desciuere. Postremi Macedones: & qui ab eis manarūt: annis ducētis septuaginta sex egyptiis imperarunt. Pr̄ter hos tēporibus reliquis egyptiis omnes regnū tenuere viri q*dē* quadringenti septuaginta: mulieres q*nq*z. Quę orania sacrorū librorū monumētis sacerdotes a pr̄scis illis temporibus scripta: posteris reliquerūt: cuiuslibet regū magnitudinē natu ram: mores: etatem: gesta scriptis mandantes. Nos autem: cū de quoq*z* singulatim tradere longum nimis superfluumq*z* eslet iis que digna memoria videbuntur contenti: historiam contextemus. Primum post deos in egypto regnasse ferunt Menā qui populos colere deos: sacraq*z* his facere: mensas insup & lectos sternere docuit: delitius affuefaciēs & cultiori vite. Qua

Domus
AegyptiMenas
rex egi-
pti.
Mercurii
inuentaOtus rex
Diodori
etas.

Cābyses

Menas
post deos
egiptiis
pr̄mus
impauit

LIBER

**Deorum
cultus
Cnefa =
Etus**

ex te multo post tempore gnefactum vecchoridis sapiētis pa-
trem dicunt in Arabiam cum exercitu profectum:commeatu
in locis desertis atq; asperis deficiente:coactum esse cibum vi-
lem ab idiotis:qui forte occurrerant sumere.Quo lāetātū cum
preter modum suavis visus esset despexisse aiūt : atq; ab homi-
natum esse: q; p̄imus regū sumptuosiori cibo esset v̄sus.Adeo
autē sibi: tū cibus:tū potus:tū lectus humilis cordi fuit vt hoc
in libris sacris inscribi impetrarit:ac thebis in templo iouis po-
ni.Eām causam ferunt : cur nulla menae gloria aut honor ad
posteros manarit. Huius regis deinceps progenies : regnum
tenuit quinquaginta duo reges annis mille & quadraginta: a
qbus nil memoria dignum prodiit. Busiris deinde octoq; ab
eo posteri regnarunt: quorum vltimus Busiris quoq; nomine

**Solis
vrbis alio
nomine
thebe.**

cīuitatem condidit magnam: solis vrbem ab ægyptiis: a græ-
cis vero thebas appellatam, cuius mænia centum quadragin-
ta sint stadia ambitu complexa Eam magnis ædificiis ac spe-
ciosis deorum templis: aliisq; ornamenti pulcherrimis exor-
nauit. Simili modo & priuatorum domus vſcq; ad quartā aut
quintam congnationem construxit. Cīuitatem insuper omniē
omniū non ægypti solum sed aliarū orbis omniū redidit fæ-
licissimā.Huius vrbis ppter eius potentiam excellētiāq; vbiq;
diffusam & poeta meminit īq; ægypti thebas ornatas ædi-
ficiis:in qua cētū sunt portæ inq; earū qualibet custodes duce-
tos excellere equis & curribus Quidā asserūt nō centū portas
fuisse cīuitatis: sed plures egregiasq; tēplo; portas a qbus cē-
tū sit tāq; plurimā portarū dicta.Ex ea viginti milia curruū

**Ecce ve-
tu th̄ebe
cētū ia-
cet obru-
ta portis**

ad bellū pdire: receptacula quoq; equorū cētū quorū singula
supra ducentos equos caperent:luxta flumē inter mēphim ac
thebas libyā versus fuisse aiūt. Eorūq; etiā nūc vestigia mō-
strari. Non solum vero hunc regē: sed & qui post eū regnarūt
multa accepimus ad huius cīuitatis amplitudinem atq; orna-
menta contulisse . Donis præterea decorasse pluribus aureis:
argenteis: eburneis: statuis insuper colossořū instar: atq; obe-
liicis ex vnico lapide factis : ut plane constet nullam sub sole
vrbem ita fuisse exornatam. Ex quattuor enim tēplis pulchri-
tudine magnitudineq; admirabile cōstructis: vnū erat antiq; simum:
cuius circuitus stadiis tredecim pateat. Altitudo cubi-
tis quinque & quadraginta:muri latitudo sit pedum quattuor
& viginti. Respondere huius templi magnificentiae aiunt or-
namentorum cultum: quamuis magna impensa sit & mirādo

**Templū
mirabile**

opere constructum. Ea structura usq; ad posteriora permane-
vit tempora. Aurum vero argenti in ebū & lapidū sumptus
atq; ornatus a persis ablata: quo tempore cambyses ægyptio-
rum te. npla combuslit. Transtulisse quoq; in Asiam ab ægypto
to ferunt non solum ornamenta rerum plu.ima, sed & artifices
quorum opera regiæ insignes: tum in psepoli: tum in susis:
tum in medissimt constructæ: Tantam pecuniarum copiam in
ægypto fuisse tradunt: vt ex incendiis quæ omnia absumpse
re inter cætera paruum licet quid auti quod tamen vltra trece-
ta talenta sit pensum affluxerit: argenti vero duo milia & tre-
centa. Sepulchra quoq; regum priicorum mirabili opere & q
minime æquari a posteris possent: fuisse aiunt. Referunt sacer-
dotes septem & quadraginta sepulchra regia quorum usq; ad
ptolomæum lagum decem & septem tantū supererant: in eo
rum libris scripta contineri: & eorum etiam plurima (quo tem-
pore ad ea loca accessimus) absumpta erant olympiade cente-
sima atq; octogesima. Non solum vero ab ægyptiis sacerdo-
tibus hæc tradūtur: sed græci quoq; plures: & in his hecathe⁹
q ptolomæi lagū tēpore thebas pfecti historias ægyptias scrip-
tere nobiscum sentiunt: de prioribus enim regum sepulchris:
in quibus traditur iouis pellices fuisse conditas: recensens sin-
gula: regis monumentum: qui simandius dictus est fuisse tra-
dit stadiorum decem. Cuius aditu porta erat vario lapide cō-
structa. Et huius loñitudinem duorum iugerum: altitudinē
quinq; & quadraginta cubitorum fuisse ait. Post hanc ingre-
dientibus aderat lapideum peristilum quadratum: cuius lin-
gula latera iugera quattuor complectentur. In eo pro colu-
nis animalia erant sita ex ynico lapide decem & sex cubito-
rum ad antiquam formam fabricata. Textura omnis superior
recti cōfecta ex lapidibus duorum passuum latitudine variisq;
stellis ceruleis ornata. Ex hoc deinceps alter erat aditus: &
in eo porta priori similis: sed sculptura vberiori. In ingressu
statuē tres positi erant ingentes vnici lapidis Mēnonis opus.
Harum vna sedens cuius pedis mensura septem excedebat cu-
bitos ceteras ægypti statuas magnitudine supabat. Duæ pre-
terea usq; ad genu: altera a dextris: altera a sinistris filig & ma-
tri minores positi. Hoc opus non solum magnitudine conspi-
cuum: sed arte mirabili & lapidum natura excellens fuit: cum
in tanta mole neq; fissura quæpiam: neq; macula inesset. Scrip-
tum erat in ea rex regum Simādius sum. S. quis qualis fuerint

Cābyses
tēplorū
egiptioꝝ
incensor
& pphā-
nator.

Simādi⁹
rex.

Symādi⁹
ægypta-
phium

LIBER

et vbi iaceam nosse velit meorū aliquid operū exuperet. Esse quoq; & aliud signū matris ferunt vnico lapide cubitorum vi-
ginti: habens supra caput regias tres quæ ostenderent filiam
vxoreq; se & regis matrem fuisse. Post hāc portā & aliud erat
peristilum nobilius superiore sculpturis variis: i quis bellum
erat contra bactrianos quibus regis filii imperabant desciscē-
tes ab eo gestum. hos aduersus quadrinētis milibus peditū
equitum viginti in quattuor partes diuiso exercitu cū profe-
ctus esset: prima muri pars obſidionē vrbis ſculptam cōtine-
bat ab ea parte q̄ fluuius muros abluit. Rege deinde cum par-

Bellū no-
tatur ba-
c̄trianū.

Mirū de
leone.

te hostium cōgresso: leo vna cū eo inita pugna hostes in fugā
verterat. Scriptores quidā verā historiam fuisse leonisq; opera
domi enutriti regem in pugna vti ſolitum ad victoriā ferūt.
Alii ob fortitudinē corporis precipuā leonis similitudine cor-
poris animiq; vires ipsum ostendere voluisse. Secūdus paries
ſculptus erat captiuis abſcq; pudēdis manib; ſq;a rege ductis:
quæ nota erat illos esse animo viles: & corpore imbecilles.
Tertium latus sculpturis variis picturisq; decoris: regis sacri-
ficia triumphūq; deuictis hostibus continebat. In medio peri-
ſtili latere statuæ iacebant duæ ingentes ex vnico lapide cu-
bitorum ſeptem & viginti: ad quas tres ex perifilo aditus pa-
tebant. Has prope domus erat colūnis ſuſpensa: cuius latus
quodlibet duo ingera complectebatur. In ea statuæ lignæ po-
ſitæ haud paruo numero representatæ: tum eos: qui de re du-
bia diſceptarent: tum respicientes eos: qui in iudiciis ſnias
ferrent. Hi ab vna muri parte ſculpti trīginta numero erant:
& in medio iudicādi princeps: cuius a collo ſuſpensa veritas
penderet: & oculis effet ſubclauſis librorū cumulo circūſtātē.

Veritas

Hæ imagines præ ſe ferebant iudices integros eſſe debere p-
torem ſolā inſpicere veritatem. Dehinc deambulatorium erat
domibus plenū: inq; eis diuersa epularū genera ſuauia gu-
ſtui pparata. Sculptus deinde eminens cæteris rex variis colo-
ribus: aurū atq; argenteū q̄ ex aureis argenteisq; metallis ānua-
tim cæperat: deo offerens. Inſcripta quoq; ſumma erat ois in
argentū redacta: minæ terdecies centena: & ducēta milia mi-
lii. Sequebatur dehinc ſacra bibliotheca: in qua inſcriptum
erat animi medicamētū. Erant deinceps ægypti deoꝝ omniū
imagines regis quoq; dona ferentis: quæ cuiq; cōpeterēt deo
oſtentētis inſuper & osiridē & posteriores reges: tum in deos
cultu: tum inter homines iuſtitia: plurimum yitæ mortalium

profuisse: pene bibliothecam domus sita erat egregia: in qua viginti essent Iouis ac Iunonis lectisternia. Reges insuper statuerunt vbi & regis corpus sepultum videbatur. Hanc cicuastabant plurima habitacula: in quibus picta cernebatur animantia ægyptia singula sacris apta omnia sepulchrū versus ascendentia. Circuibat monumentū aureus circulus cubitis trecentis sexaginta quinq̄ vnius cubiti spissitudine. In quo descripti erant per singulos cubitus dies anni: & astrologi ortus atque occasus: quidue ea secundum ægyptios astrologos obseruata significarent. Eum circulum ferunt: & cambyses & persae quo tempore ægyptiis imperarunt ablatum. Hoc simandii monumentum non solum ceteris omnibus sumptuosius: sed & artificio excellentius fuit.

Hebei quidem se antiquissimos omnium profitentur: primūq̄ philosophiā ac astronomiā ab ipsis repertas. Seq̄a regionis situ adiutos ad cognoscēdos orientū ac occidentī astrorū motus. Insuper & menses ab eis & annos esse institutos. Dies non secundū lunā: sed secundū sole metiuntur triginta dierum mēsem cōfitentes. Quinq̄ autem dies & quartum duodecim mensibus adiungentes anni cursus perficiunt. Intercalares menses non interponunt. neq̄ dies subducunt: sicut & grecorum quidam. Solis & lunę defectus diligenter scrutati sunt. Ex quibus multa futura prædicere cōperunt. Ab huius regis progenie profectus postea Ogdous: qui vchorens cognominatus est. Memphis cōdidit ambitus stadiorum centum & quinquaginta: urbem omnium ægypti p̄clarissimā opportuniori totius eius orae loco: vbi nilus in plures scissus partes efficit formā deltae. Quo fit ut tanquam in nili claustro posita aditum prebeat prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Vrbs munita est: ac optime sita: nā fluente iuxta eam nilo ad cohendam aquarum inundationē versus notum aggeres ingentes opposuit: & incremento fluuii presidium: & aduersus hostes: qui a terra irent munimentum a partibus ceteris vndiq̄ effossus est lacus ingens ac profundus: q̄ superabundantia fluminis in eū delata: ac locis vrbi vicinis: excepto aggere: aqua repletis vrbe efficit munitissimā. Talē igitur eius vrbis conditor loci opportunitatē elegit: vt post reges ferme omnes relictis thebis & regiā & habitatiōes in ea ædificariint. Quapropter deinceps diminuta thebarū magnificētia: aucta Memphis vsq; ad Alexandri macedonis tē-

Thebei
philoso-
phia.

Astrono-
mia.

Mensis
Annus

Eclipses

Ogdous
Méphis.

Delta.

Alexan = pus. Is vrbem sui nominis iuxta mare condidit : in augmen= dria ab tum cuius postea reges ægypti omnes incubuerunt. Hanc ci= alexâdro uitatem quidam deorum donis plurimisq; decoris rebus adeo magno exornarunt: vt prima apud quosdam: aut secunda in orbe ha condita. beatur. Sed de hac separati posterius dicetur. Memphis conditor post fructum aggerem stagnumq; effossum regiam ædi ficiavit haud inferiorem reliquis: quæ alibi constructæ sunt. Superiorum vero regum magnificentia atq; ornatu imparem ægypti sane omnino paruifaciendum presensvitæ tempus es= se putant. Futuri vero gloriam: quæ virtute comparatur ma= ximi extimandum. Domos nostras diuersoria appellant tanq; breui tempore a nobis inhabitandas. Defunctorum sepul= chrasempertas domos: quoniam apud iferos infinitum sit tempus vocant: Ideo domus ædificandæ curam contènunt. Circa sepulchrorum magnificentiam sumonū studium ope= ramq; impendunt. Memphis quidam a conditoris filia de= nominatam volunt: Eius amore fabulantur nonnulli captum nilum fluuum: tauriq; forma cōpressisse mulierē: exq; ea gen= tium: quem ppter virtutē incole ægyptum dixere: a quo & te= gio sit ois denomiata. Hic cum regnū cæpisset phumanus ac iustus fuit: inq; singulis excellēs. Qua ex re cōprobata ab oī= bus eius erga singulos beniuolētia: hunc honorē nomis sorti= tus est. Hoc defuncto rege duodecima post eum proles ægy= ptī regnum possedit noīe miīris: ædificauitq; in mēphi borea= le ppylæum opus reliquis excellentius. Supra ciuitatē decem stadiis lacum effodit: miranda vtilitate: magnitudine operis incredibili: cum pateat ambitu stadiis tribus milibus sexcētis. Profundū eius qbusdam in locis sit vlnis qnquaqinta: vt q rei magnitudinem aduertat: Eius in omnes ægyptios beneficen= tiā regisq; prudētiā nullis pro meritis satis laudare posset nam cum nili incerta sint incrementa: & ab eoꝝ modo fruct⁹ terra prebeat: lacum hunc effodit aquæ inundatīs receptacu= lum: ne cum supra modum excresceret stagnatibus preter so= litum aquis: limo supfluo pfia inutilis redderetur: ne ve ex de= fectu aquæ fructus ex siccitate perirent. Fossam vero a fluuiō duxit ad lacum stadiis octoginta quinq; : iugeri latitudine: Per hanc fluuii aqua & recepta & phibita prebet agricolis fer= titatem. Nunc aperto ore fossæ: nunc clauso iuxta incremen= ti modum: non'absq; magna impensa. Cum quinquaginta ta= lentiis opus sit siue claudere siue reserare osfossæ velint. Permis-

sit hoc stagnum summum aegyptiorum vtilitate vscq; ad nostram
 etatem a cōditore Miiride appellatū. Relictus est a rege q; eū
 effudit: in eius medio locus in quo sepulchrū ædificauit duo
 bus super impositis pyramidibus altitudine stadii: vna sibi al
 tera vxori. Sup his statuas quoq; duas lapideas collocauit in
 throno sedentes. existimans his operibus relinquere suæ vir
 tutis memoriam immortalem. Vēdigal piscium qui in stagno
 capiebantur vxori concessit: tum ad vnguentorum vsum tum
 ad reliquum corporis cultum. Id talenti argentum singulis die
 bus pendit. Traduntur duo & viginti piscium genera in eo
 esse: Tantāq; eorum capi multitudinem. vt abunde prebeat his
 etiam cum plurimi sint qui saliendis piscibus operam prebent
 post Miiridem prole septima Sesosis rex factus superiores om
 nis gloria & rerum magnitudine excessit. Sed quoniam de hu
 ius regis gestis non solum græci scriptores sed etiam ægypti
 sacerdotes & q; quantu eius laudes ornant non eadem sentiūt
 Ex histum quæ supsunt vestigiis tum in qbus scriptores con
 ueniunt similiora veri cōscribemus Post eius ortū pater deco
 rum ac regiū opus aggressus est. Nam ex tota ægypto oibus
 qeadē dic qua filius nati erant infantibus congregatis nutri
 ri educari ac singulos eadem disciplina exercitioq; erudiri fe
 cit: existimans hoc pacto simul educatos atq; instructos tum
 amiciores inuicem: tum audentiores melioresq; in bello fore.
 Hos continuo ysu ad malorum patientiam exercebat. Nō enī
 licebat alicui cibum: priusq; cursu centum octoginta stadia cō
 fecisset capere: quo exercitio oēs viri euaserat: & robusto cor
 pore & animo prestantes. Primū sesosis in Arabiam cum eōg;
 q; simul nutriti erant exercitu a patre missus assuetusq; venatui
 ac cibi potusq; abstinentia oēm eam gentem subegit liberam
 antea & seruitio insuetam. Deinde in Libyam profectus ma
 iorem eius partem in ditionem ad hoc adolescentior redigit:
 Defuncto patri cū in regno successisset: rebus ab se gestis elaz
 tus adiecit animū ad Imperium orbis. Dicunt qdam a filia illū
 athyrtia ad monarchiam horratum: eāq; ingenio ac prudētia
 præstantem docuisse patrem facilime ex eo exercitu imperare
 omnibus posse. Alii eam ferunt diuinationis peritam futura
 tum celestibus signis tum sacrificiis nosse. Afferunt & plures
 patri post natum sesosim: in somnis vulcanum predixisse in
 fantem genitum toti orbi imperaturum. Eamq; fuisse causam:
 eur filiū cū coœvis (vt diximus) pueris istituerit assuefeceritq;

Sesosis
rex

Pueri cō
uiuētes

Sesosis
rex

Athyrtia

LIBER

regiae eruditioni: quo dignior esset: q̄ imperio potiretur: Sed iam vir factus cū dei predictionē nosset: magno animo parauit exercitum. Verum in primis: quo facilius optata pficeret: sibi omniū ægyptiorū beniuolentiam cōciliauit: vt & milites pro eo & ducibus ad oppetēdam mortem promptiores redde tet: & q̄ in patria reliq̄ essent: nouis rebus abstinerent. Omnes vero beneficiis affecit. Hos donauit pecuniis: alios agris: nō nullos remissione pñnae singulos oratione & humanitate de uinxit. Omnes q̄ in regem deliquerant: dimisit impunitos. Ob aēs alienum vinc̄tos (magna hæc multitudo erat) soluit: ægyptum omnē in sex & triginta regiones: quas leges dicūt: diuidens: cuilibet prætorē: q̄ & tributa regia exigeret & pro regionis varietate cōmodoḡ omnia exgreret: pficeret. Ex robusto milite exercitū elegit: quo animi consilia pficeret. Fuerū pedestres copiæ milia hominū sexcenta: egyptum milia quat tuor. & viginti. Currus bello apri octo milia & viginti. Deinde varios duces ex his: q̄ vna secum nutriti erant exercitū præ posuit: viros exercitatos bello & a pueris virtuti deditos. Hi erant numero amplius mille septingēti: fraterna omnes mu tuaq̄ erga regem beniuolentia. Quibus distribuit agrōs fertiles: vt rebus necessariis fulcti nullaq̄ ducti inopia liberius militiæ vacarent. Præparatis ad bellum rebus primū æthiopes qui ad meridiem spectant: aggressus victos acie tributura pen dere compulit: hebenū aurū & elephantorum dentes. Deinde ad mare rubrum classe quadringētarum nauium missa: Primus omniū longis nauibus vslus: & insulas ois eius oræ sibi sub didit: & partes maritimæ vscq; ad indos subiecit. Asiam quoq; pedestri exercitu deuicit: neq; solum prouincias expugnauit ab Alexandro postmodū subactas: sed & gentes qual dam: ad quas nunq̄ Alexander accessit. Nam & gangē transiit: & vniuersam mediam vscq; mare oceanū pagravit. Scytha tum quoq; gentē ad tanaim vscq; fluuiū: q̄ europā ab Asia diuidit: ptransiit. Ibi multis ægyptiis iuxta meotim paludem reflectis: colchoz: genti originē prebuit. Hanc nationē ægyptiis manasse argumēto esse dicunt: q̄ apud eos pueri ægyptiog; ri tu circūcidantur: priscum morē: quē & iudei secūturi: colonia seruante. Asiam quoq; reliquam sibi parere coegit. Cycladas insulas maiori ex parte potitus est: transcendens in europam omnēq; thraciā ptransiens: periculum exercitus subiit: tum ppter inopiā frugum: tū locoq; asperitate. Finē expeditionis

Naves lō
gæ.

Tanais
. f.
Colchi

in thracia statuens: multis in locis ab se deuictis colūnas erexit in quibus egyptius quas sacra dicūt: litteris scriptum extat. Hanc pruinciam armis subægit rex regū principantiū Sesosis Colūnam in super statuit: in bellicosis quidem ab se superætis gentibus: hominis pudenda: In his vero q̄ essent imbelles ac timidæ: muliebria habentem sculpta: a posteriori hominis parte gentes ab se deuictas ostendens. In locis q̄busdam statuam suam lapideā ea: qua tunc erat: ætate reliqt: arcū & iaculum tenetem supra quattuor cubitos magnitudinē. Ipse cū summa humanitate erga omnes subditos vsus esset: ommissa post novem annos armis cura: statuit singulas gentes quotānis ad se dona in ægyptum ferre. Cum omnibus deinceps (pmagna ea vis erat) captiuis spoliisq̄ deuictarū nationū in patriam rediens: maximis ab se rebus gestis: & quæ superiorē acta excederent: templa dēū omnia ægypti donis insignibus ac spoliis hostiū ornauit. Milites: quoq; optima in bello opera vsus esset pro meritis donauit. Neq; solum ex hac expeditione ditati rediere milites: sed & ægyptus vniuersa maxima rerū copia vtilitate cumulata est. Fine bellis ipsoito: militib⁹: quoq; spectata sibi virtus erat: quæ parta erant cōcessit. Ipse gloriā sempiternam appetēt magno sumptu opa p multa edidit: & sibi immortale laudē cōparans: & ægyptis in posterū securitatē. Primum a diis incipiens in singulis ægypti ciuitatibus templū ei deo construxit quē p̄cipue colerent. Ad eos structurā: non ægyptiorū: sed quæ cæperat: seruitiorū opera vsus est. In omnibus vero inscripsit tēplis. nulli ægyptio ad id opus se grauē fuisse Afferitur autē seruos babylonios operū labore calamitateq; ptesos: a rege desciscētes. cū pone oram fluminis cōsedissent: bellum ægyptiis mouisse. Tandē assignatis sibi: quos cæperant agris cōdidiſſe vrbem: quā a patria babylonīa dixerunt. Eadem ex causa & appellatā Troiā ferunt etiam nunc iuxta nilū sitam. Nam cum menelaus ab ilio ad ægyptum cum captiuorum manu nauigasset: troiani ab eo deficientes cum ipso aliquā diu pugnarunt: quoad data libertate vrbem condidere patriæ nomen sortitā. Haud vero inscius sum Ethesiā gnidiū diuersa de his ciuitatib⁹ scripſisse. Illos videlicet: q; cū Semiramide ad ægyptū penetrassent: has ab se conditas vrbes suoq; noīe appellaſſe. Sed de his verū scrutari difficile est. Nos quæ scriptores tradiderint: rettulimus: quo posteri verum iudicium sequi possint. Per multos iluper ac magnos erexit Sesosis agge-

Templa
dicia.

Babylonia.
Troia
iuxta nisium.

LIBER

omniū ortus pudendis non solū ægyptii: sed alii plures sacra faciūt tanq; cauſæ animantiū creationis. Sacerdotes quoq; cū in ægypto sacra patria ſuſcipiunt: primū huic deo initiantur. Panas insuper & satyros tradūt eadē cā ab hoībus coli. Igitur & imagines horū plurimās nōnulli in graciam fœcunditatis eos in tēplis ponūt: in hirci naturæ quā libidinosam eſſe diſ- cunt similitudinē. Tauros ſacros apū ſclicet ac Mneum pro diis honorant: in osiridis veluti frugum ac fructuū reptoris memorā apud posteros immortale. boues ruffos: quoniā vi- dentur colore ſimiles Typhoni: qui osiridē necauit imolari p- miſſum. Et homines quoq; colore typhonis antiqui reges ad ſepulchrū osiridis ſacrificio mactabant. Qua ex cauſa pauci Ruffi ægyptii reperiebātur extermi plures. Hęc res materiā fa- bulandi græcis dedit Busiridem hospites necaffe: ſed osiridis ſepulchrū ea crudelitate notatū eſt. Lupos venerari ferunt: pp- ter similitudinē canū: parū enim natura: cū etiā mutuo coe- ant a canibus differunt. Reddunt & alia m cām honoris huius ægyptii fabulosiorē nā cū Iſis vna cum filio oro cū typhone eſſer bello dimicatura: ferūt osiridē lupi forma ab inferis auxi- lio & vxori & filio veniffe. Vičtores itaq; typhone interfecto honorē ei animanti īmpēdiſſe: cuius interuentu ſubſidioq; vi- ctořia parta eſſet. Tradūt nōnulli agros ægyptiorū icursantes æthiopes a lupis facta acie vſq; ad ciuitatē elephantinam re- pulſos. Qua ex re ſit & locus ille dictus lycopolis. Et eis bel- luis honos a posteris habitus. Crocodillos admirātur multi: cum hoſes interficiant edātq; rem pniſiosam mortalibus: cur lege vt p diis colantur: fuerit ſanciū. Sed videtur toti patrię ſecuritatē afferre: nō tantū nilus: ſed & qui in eo ſint croco- dilli. Quos arabiae lybiæq; latrones veriti non audent flumen tranſire populatū. Affertur & alia ab historicis huius bestiæ co- lendæ rō. Nā regē quē minam dixere: cū ſui canes perſequen- tur: fugiſſe aūt in miridis paludē ibiq; a crocodillo ſuſcep- tum: mirabile dictu in continentē fuſſe delatū. Igitur vt gra- tiā ajali redderet condita ciuitate paludi propinquā: quā cro- codillā appellauit: mandasse accolis: vt pro deo ea bestia co- leretur: paludēq; in earū cibū vouiſſe. Eo quoq; in loco pyra- midē quaq; verlū quadratā in ſepulchrū ibi ac rē multis ad- mirādā ſæculis labyrinthū ædificasse volūt. Similia & de mul- tis aliis animātibus ferūt: q; breuitatē ſequētes omiſſimus. Hęc aūt ob eis utilitatis cauſa fuſſe adinuēta indiciū eſt: nōnullos

Panes
Satyri.

Ruffi ho-
mines &
boues
mactati
Fabula
Lupi ho-
nor.

Lycopo-
lis.
Croco-
dilli ho-
nor.

Mina
rex.

Croco-
dillayrbſ-

LIBER

cibis quibusdā qui in vīa sint: abstinere. Nā quidā lētem: alii fabam: nōnulli caseū: alii cāpe cū plurimos eiusmodi fructus ferat ægyptus: nequaquā edunt. Adiicitur his & alia cā apud priscos reges sæpius descicte populo: quēpiā prudētia p̄stā tē in plures ægyptū partes diuisisse edixisseq; q̄ animalia separatim colerēt a q̄busue cibis abstinerēt. Eo id actū esse cōsilio: vt cū quicq; certa animātia p̄ diis haberent: q̄ ab aliis cole rētur contēptis: alteri alteros perosi nequaquā simul aduersus principes cōspirarent. Quod & secutū est. Nā diuersorū finiū homines inuicē dissentiūt mutuo sibi cultus impietatem obi- cientes. Fertur & alia hoꝝ animaliū cōsecrando ratio . Nā a primordio orbis cōuenientes simul homines ex silvestri vi- ta primū carnibus humanis vescebantur: bellabanturq; inuicē eo cui plus virium inerat: superante. Tum iniuriis potentiorū imbecilles urgente necessitate edocti: acie facta signū anima- lis sibi ex his quæ postea cōsecrata sunt proposuere. Ad quod post modum congregati infirmiores aduersus aliorū iniurias se tuebantur. Quo factum est: vt animali quod salutis causa fu- erat deorum honores tribuerentur. Ita diuersæ ægyptiorum gentes hmōi animantibus a suis maioribus sacris: vscq; ad hoc tempus honores p̄bent. Ex ea re dicūtur ægyptii p̄ter alias na- tiones erga benemeritos de se grati. Existimant enim magnā vitæ subsidium esse gratiæ retributionem. Et sane mouentur omnes ad beneficia eis impēdenda: apud quos senserint gra- tiam optime locatā esse. Hac ægyptii causa suos teges summo honore venerationeq; vt deos obseruant. Nam neq; absq; di uino numine illos tantum imperiū credūt assecutos: & opti- me de mortalibus meritos propter res egregie gestas diuinæ naturæ participes arbitrātur. Videbūtur fortassis hæc que di- ximus miranda: sed nequaquā minus admirabitur quis: si qđ apud quoscq; fit ægyptios consideret in funere mortuorū. Pri- uati diuersarū gentiū mores. Cum quis defunctus est p̄pinq; omnes amici qui deturpato luto capita lugentes ciuitatem: quoad mortuus sepeliatur circūeūt. Interim neq; lauātur neq; vinū aut cibum nisi vilē sumūt: neq; vestibus vtuntur splen- didis. Sepulchroꝝ tres habētur species. Sumptuosa: medio- cris: humiliſ. In prima argenti talentū exponunt. In secunda minas viginti. In ultima parum quid sumptus irrogatur. Qui funera mortuorū curant eo exercitio a maioribus tradito: fu- neris impēsam domesticis descriptā ferunt. Scrutantes quanti

Egypti p̄
cunctis
gratiosi

Reges

Mos egyptiorū p̄
corpori-
bus mor-
tuorū se-
peliēdis.
Sepul-
chorū
tres spe-
cies.

velint celebrari funus: cōuentione facta corpus eis traditurus: vt iuxta impensam curetur funus. Primus grāmaticus (ita enī appellatur) posito humī corpore circa illa describit q̄tū a sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor habens lapidē æthiopicū quantū lex sinit latus aperit subitoq; cursu psequētibus qui astabāt lapidesq; cū execratione in eū iacentibus fugit. Existimant enī odiū inhārere quicūq; amici corpus vulnerē illato violarit. Curatores vero corporis hos fallitores appellant: honore digni existimationeq; habentur. Utūt enim sacerdotibus tēplacē pariter ingrediuntur. His penes cadauer astātibus vñus per scissurā corporis interiora pter renes & cor ducit. Quæ singula alter vino phæniceo ex rebus odoriferis lauat. dcinde corpus totū primū ex cedro cū aliis p̄cōsis vngūtis vngūt dies amplius triginta. Myrrha deinceps ac cynamono cæterisq; rebus liniunt q̄ nō solū id seruare diutine: sed odoriferū reddere queāt. Curatū cadauer cognatis tradūt defuncti. Ita singulis eius partibus etiā supercilioq; palpebrarūq; pilis integrē scrutatis: vt oīs corporis species dormientis more: integra pduret plures ægyptii pgenitoq; corpibus domi magno sumptu cōditis: recipiētes fūoq; imagines viuentiū māgnitudine & habitu a lōga pgenie ductas: tāq; viuētiū aspectu animo oblectantur. Antequā sepeliatur corpus p̄dicitur a cognatis tū iudicibus tū defuncti amici: sepulturæ dies. Afferūt vero illū nomine mortuū appellantes paludem transiitum. Astātibus iudicibus āplius quadraginta numero sedentibusq; in p̄parato vltra stagnū hemicyclo. Trahitur nauis ad id composita ab his: quibus ea cura iniuncta est: regente magistro: quem sua lingua ægyptii Cyronē vocant. Vnde & orpheum: qua de re paulo post dicetur. Afferunt cū hunc morem apud ægyptios cōspexisset: finixse post modū inferos partim quæ viderat imitatum: partim quæ ipse cōmentus esset. Perducta in stagnum nauis anteq; condatur in arcā cadauer: permittitur lege volenti mortuū accusare. Si quis cōprobatur male vixisse iudices sentētiā ferūt: qua cēsent corpus eius sepulchro priuā dum. Qui dephendit in iuste crimen obiecisse magna mulctatur pœna. Cum deest accusator: aut per calūniā accusatū constat: cognati finito luctu ad laudes mortui vertūtūr: nil de genere eius: sicut græci consueuerūt narrantes. Existimant enim omnes ægyptii pariter nobiles esse: sed ordiētes a pueri tia: in qua vītæ institutionem eruditōneq; recensent: ad viri

Cadaue-
rū cura.

Cyron
Inferorū
figmēta.

LIBER

- Mortuo-
rum laus** ætatem descendunt. Eius erga deos religionē iustitiam conti-
nentiam virtutesq; cæteras cōmemorantes. Inuocatis vero in
feris diis p̄cantur: vt eā inter pios locent. Ad quæ verba om-
nis multitudo correspondet: gloriā mortui extollens tanquā
apud inferos cū beatis semp futuri. Sepeliunt postea quiq; suos
hi in p̄priis sepulchris. hi quibus ea desunt: domi apd firmio-
rem parietē arca corporis erecta. Qui vero aut criminē aliquo
aut fœnore sepultura prohibentur domi absq; arca ponuntur.
Quos posteri ditiones facti ac debita crimina soluentes: hono-
rifice sepeliunt. Gloriātur enī ægyptii suos pentes maioresue
magnifice esse sepultos: Mos est apud eos defunctorū paren-
tum corpora dare impignus creditori. Summa illos qui nō re-
dimunt sequitur infamia: & sepultura carent. Mirabitur quis
merito eos qui hæc instituerunt: non solum quæ ad viuentiū
mores spectarent prosecutos: sed etiā quæ ad mortuorū sepul-
chra cultumq; pertinenterent. Adeo hoc pacto ad bonos mores
quantū fieri posset componi vitā hoium extimabant. Græci
sane qui fictis fabulis ac poerarū dictis fidē excedentibus de
priorum meritis malorūq; poena tradiderunt: nequaq; potue-
runt suis scriptis traducere homines ad virtutē. Quin e contra
potius derisi contēptiq; sunt ab improbis. Apud ægyptios ve-
ro non fabulis: sed visu impiis poena: iustis laus imparita. Sin-
gulis diebus vtrōq; eorum quæ vitæ vtilia existant admonet
cū videant cuiq; p̄ his quæ ægit debiti p̄mii memoriam impen-
di. Qua ex cauā ad meliore singuli vertutur viuendi normā.
Eas enī optias esse leges putādū est: quibus nō diuites: sed ho-
nesti prudētesq; hoies fiant. Igitur de ægyptiis legūlatoribus
qui eas tam admirabiles exq; itasq; tradi dñe dicēdū videtur.
- Pignora
parentū**
- Leges
optime**
- Minos
Legilla-
tor**
- Ligurgi
leges**
- Moysi
leges**
- D**ost antiquā ægyptiorū vitam quā deum heroūq; tpe
fuisse fabulantur tradunt p̄suafisse primū multitudini
scriptis vti legib;. Minoē magni ai virū vitæq; inter
omnes p̄batæ. Finxisse autem eas mercurii datas p̄cepto tanq;
magnorum honorū causam futuras. Quēadmodū apud græ-
cos aliunt in creta quidē Minoē: apud lacedemonios ligurgū
fecisse: quorū alter iouē: alter Apollinē suarū legum auctorem
extitisse dixit. Plures quoq; nationes eo mō traduntur leges
suscepisse: q̄ optempantibus multorum bonorum causa fuere.
Arianeis nāq; scribunt zatrastē simulato numine dedisse leges
Getis eodē mō zamolxis vestā p̄ferēs leges tulit apud iudeos
Moyses abiao quem deum vocant acceptas leges dare: p̄ic

ferebat: siue putantes rem mirandā ac diuinā maxieq; morta-
libus vtilem leges esse: siue vt citius populi ob rei excellentiā
deum timore legibus optemperant. Secūdus apud ægyptios
legūlator dicitur vir prudētia excellens Sasochis Hunc & ad
deum religionē cultūq; multa prioribus legibus addidisse p-
hibent: geometriæq; fuisse inuentorē: ac incolis astroz; cursus
ostendisſe. Tertiū Soosim regē tradunt: qui ad rem militare &
belli munia pluria cōtulit institutis suis. Quartus scribitur rex
bucchoris tulisse leges: dederit & cōmertia hoīum iudiciaq; cō-
stituerit: cui⁹ memoria in multis ob īgenii acumē vſq; ad hoc
tēpus manet. Eū dicunt infirmo extitisse corpe pecuniarū pre-
cāteris cupidū. Post hūc legib⁹ multa addidit Amalus rex: q
tradūt & de his quæ ad monarchas p̄tinēt: dec̄ omni ægyp-
torū īconomia p̄cāpisse. Hūc admodū p̄spicacē scribūt: iusti
æquiq; amatore: qua ex re ab ægyptiis est rex cōstitutus: cū te
gio ḡne ortus nō esset. Cū elienis circa olimpiacū certamen
occupati legatis ad eū missis q̄sissent: quo maxie modo id cer-
tamē iuste fieret: si nullus eliensis certaret respōdit. Policratū
Samioz; principē: q̄ secū societatē coierat cū & ciues & exter-
nos eo nauigātes violētius tractaret: p̄ legatos ad modestiam
hortatus est: quo sua cōsilia aspernāte p̄ epistolā societatē dire-
mit: scribens cū sciret illum breui impiæ tyrānidis poenas da-
turum nolle ex amici casu dolere. Admirati sūt græci plurimū
virū prudentiam: cum policrati breui quod predictum fuerat
euenisset. Sextū ferunt Dariū Xerxis patrem legibus ægyptio-
rū addidisse. Qui cum displiceret cambysis: qui antea regnaue-
rat: erga deos ægyptios iniquitas: humaniter pieq; vixit. Ita
q̄ sacerdotes eorū haud aspernatus theologia ab illis gestisq;
que libris sacris cōtinebant p̄cāptis: priscorū regū magnificē-
tiā & in subditos humanitatem historiam cōplexus est. Cer-
te virtutem illorum imitatus ab ægyptiis solus viuēs deus ap-
pellatus est. Mortuus vero eos honores affecutus: qui regibus
antiqua lege tribuebantur. Has cōmunes leges priores illi ma-
gna gloria tradidere. plura postmodū quæ antea comproba-
ta erant macedonum tempore sunt commutata. Nunc qui græ-
ci sapientia & doctrina prædicti in ægyptum priscis temporis
bus transierint: vt leges & doctrinam illorum perciperent: re-
censēbimus. Scribunt eorum sacerdotes in sacris contineri li-
bris transisse primum ad ægyptios Orpheum: Museum: Me-
lampodem: Dedalum: homerum poetam: & spartanum ligur-

Sasochis
Geome-
tria.
Astrorū
cursus.
Soosis
rex
Buccho-
ris
Amalus
rex.

Policrat⁹

Darii
leges
Cābyses.

Græci in
ægyptū.

LIBER

gum. Deinceps Solonem atheniēsem Platonem philosophum
Ac Samium pythagoram: Eudoxum quoq; mathematicum:
ac Democritum abderitem: & inopidem chium: Omnitum ve-
ro monstrantur vestigia: quorundam imagines: nonnullorū
locatū ab eis: tum ab doctrina: quam secuti sunt denomina-
ta. In ægypto certe percæperunt omnia: que illos apud græ-
cos admirabiles fecere. Nam orpheum hymnos deorum plu-
rimos: orgia & inferorum fictionem attulisse tradunt: Osiri-
dis sane ceremonias & dionysij easdem esse: similesq; esse isidis
cererisq; nominibus tantum differre. Impiorū vero pœnas &
campos elios & statuarum vsum ab ægyptiorum sepulchris
sumpta introduxit. Mercurium quoq; secundum antiquos de-
stinanter finxit mortuorū animas. Erat mos ægyptiis Apis
corpus reducentem aliquid prope astanti cerbero abscessum
porrigere. His ab orpheo ad græcos traductis homer⁹ orpheū
imitatus idem in suo poemate scribēs ait mercurium cylenīū
animas heroum euocare habentem virgam in manibus. Rut-
susq; errant ppe oceanī fluxum & leucades petram solisq; por-
tas & somnia populorum. Sequebatur virens paratum: vbi iu-
niorum erant animæ simulachra mortuorum. Oceanum igi-
tur nilum vocāt: quoniā ab ægyptiis proprio nomine nilus
ocean⁹ appellatur. Solis portas heliopolī dicit: pratu verò ha-
bitationem confictam putat eorum qui trans paludem delati
sunt quæ acherusia nominatur: Ea prope Memphis: circunq;
prata amena: paludesq; calamis plenæ. Prosequitur deinceps
mortuos hæc incolere loca quoniā ægyptiorū sepulchra ma-
jori sane ex parte in eis locis posita. Corpora vero p; fluuium
& acherusiam paludem ad septentrionē delata: ibiq; condita alia
q; plura quæ nūc etiam seruat ægyptii: dant fabulis quæ græ-
ci de inferis finixerunt locū. Nam nauis quæ vectat corpora
variis appellatur. Hæc apud græcos epinathra. Obolū aiunt
dari portitorū cui nomē inditum est ab incolis Charon. Asse-
tunt circa hæc loca hecates umbrosæ templū. Cocytī portas
atq; obliuionis æreis vectibus distinctas. Esse & alias portas
veritatis: quas ppe statua sit iustitiae absq; capite. Multa quoq;
alia fabulosa de ægyptiis ferunt: quæ adhuc noie & opere p-
seuerant. Nā in vrbe Achanta trans nilū lybiam versus pcul a
mēphi stadiis centum quinquaginta vas est pforatū: ad quod
singulis diebus sacerdotes. ccclx. aquam ex nilo deferunt. Aſi
ni etiam ficti fabula mōstratur in quadam celebritate. Nodos

Charon

Vide qd
prisci de
diis sen-
ferunt

enim quos vnuſ in p̄ncipio lōgioris funis cōplicat. Alii post
sequētes diſſoluunt. Melampodē insuper ferunt dionysii ſacra
ab ægyptiis ad græcos tranſtuliffe: quæue de saturno ferūtur:
deq; titanum pugna historiam poſtremo omnem deorum paſ
ſionum docuile. Dedalum quoq; aiunt imitatū eſſe laberinthi
errores: qui ad hoc vſq; tempus manet. Hunc aliqui aedificasse
dicunt Mendetum: alii naſonem regem multo anteq; saturnus
regnaret. Numerus priſcarum apud ægyptios ſtatuarum idē
eſt: qui eſt a dædalo græcis factus. Templi vulcani veſtibuli
quod pulcherrimū in memphi ſitum eſt. Dædalum architectū
fuiffe conſtat obq; eam rem a populo ſtatua lignea in templo
qua ab ipſo fabricata ſit donatum. Huic propter artis p̄fici-
tiam multaque ab eo inuēta magna gloria adepta deorum ho-
nores accolæ impenderunt. In vna enim memphis inſularum
templū nanc quoq; eſt dædalo dicatū. Homerum in ægypto
fuiffe: tū alia multa iudicia ferūtur: tū maxie potio ab helena i
preteritor; obliuionē Telamacho data. Nā potionē ad abolē-
dum luſtū: quā poeta helenā cōpoſuiffe ſcribit: i thebis ægyp-
tiis a polinea thomii vxore factā conſtat. Vbi nūc quoq; mu-
lieres hoc medicamine vtuntur. Apud ſolos vero heliopolitas
Eadem eni heliopolis & thebae ſunt: priſcis etiā temporib⁹ in
uenta eſſe tradunt & iræ & doloris medicamenta. Venerē in-
colę ex antiquo homine auream appellant: agrumq; eſſe con-
ſtat aureg veneris propc memphim. Quę de Louis Iunonisq;
connubio tradūtur: deq; in ethiopia peregrinatione exinde vi
detur traductum: quod annis ſingulis egyptiis iouis templū tra-
feſto flumine in libyam fertur. Et conſtitutis diebus iterum ad
priorē locum reducunt: tanq; ioue ex ethiopia redeūte. Quin
etiam ligurgus plato ſolon multas ab ægyptiis ſumptas leges
ad suas res. p. deſulerunt. Pythagoras inſuper multa ex ſacris
libris geometriara quoq; & arithmeticam percepit: ac anima-
rum in alia corpora transmutationē. Existimant autē & demo-
critū quinq; annis quibus in ægypto fuit plurima in astrologia
diſcidiſſe. Similiter & Inopidē cum ſacerdotib⁹ astronomisq;
diutius verſatum: & ſolis circulum: & aliorum curſus aſtronorū:
zodiacūq; ac multa alia ab eis percepta ad græcos digna lau-
de attuliffe. Sculptores antiqui maxie in honore fuerunt Tele-
deus ad Theodoruſ ihici filii: a quibus ſani pithii apollinis
ſimulacrum in eſt ſculptum. Huius ſtatuae medietas fertur Te-
ledei opus fuiffe: reliqua pars a theodoſo in epheso perfecta.

Melapus

Dedalus

Mendes

vrbis

Vulcani

templū

Dædali

templum

Homer⁹

Potio ab

helena

inuenta

Venus

aurea

Iuppiter

Pythago

ras

Demo-

critus

Telede⁹

Theodo-

tus

LIBER

His simul positis ita cōueniebat totū corpus: vt ab uno artifice sculptū videretur. Genus artis græcis ignotum: sed apud ægyptios erat vsu cognitum. Nā soli ægyptii nō oculis toti⁹ statuæ cōpositionē metiebantur: sed dimensione vt ex variis multisq; lapidibus in vnū corpus ad certā mensuram redactis statua perficeretur. Res profecto mirāda diuersos artifices variis in locis ita in vnā mēsurā cōuenire: vt quādoq; ex viginti quandoq; ex quadraginta partibus vnica statua cōponeretur. Quod in samo signū simile operi ægyptio a capite vñq; ad pendula ita pari forma diuisum cōstat vt vnius opus appareat. Et hæc in modum statuæ ægyptiæ fertur protensis manibus erubis in ambulantib; modū. Et de ægyptiis hactenus: nſic ad assyrios transeamus.

Finis.

EXPLICIT LIBER SECUNDVS

Incipit Tertius: In quo hæc continentur Primum.
De nino qui primus in asia imperauit: deq; eius gestis.
De semiramidis genere: eiusq; incremento.
Quomodo ninus duxit vxore Semiramidē ppter ei⁹ virtutes.
Quomodo Semiramis post mortem Nini suscepto imperio
multa egregia fecit.
Aedificatio babyloniae.
De Semiramidis in ægyptum ethiopiam atq; indiam expeditione.
De successoribus suis: regum babyloniae delitiis: & ocio.
Quomodo Sardanapalus ultimus assyriorum rex ppter voluptates regno ab Arbacto medo priuatus est.
De regibus mediis: & quomodo de eis dissentient scriptores.
De caldeis: & de obseruatione astrorum.
Descriptio indiae: & de his quæ in ea flunt: deq; indorū moribus & institutis.
De scythis: amazonibus: & hyperboreis.
De arabia: deq; his quæ in ea sita esse fabulantur.
De insulis versus meridiem in oceano inuentis.



Vperiore libro: iis quæ ad ægyptiō deos nulli naturā: reges priscos: leges: mores: sacra: cæteraq; memoratu digna pertinebāt descriptis: p̄sens antiquas asiae res cōtinet initio ab imperio assyriō sumpto. In asia priscis tēporibus regnauere indigetes: quo rū gesta nomēq; vetustas aboleuit. Primus

Ninus.

rex assyriæ scriptores natus est nînus qui eius gesta litteris tradenter. Is natura bellicosus & virtutis appetens: cū primū robustissimos iuuenū plurimo tēpore armis v̄su ad omnē laborū patientiā & belli pericula exercuisset coacto exercitu societate iniit cū arieo arabū rege: quoq; opes ea tempestate: vt res erant: plurimū vi atq; armis p̄stabat. Hæc gens libertatem seruās nullū aduenā apud se regnare passa est. Ita neq; persarū neq; macedonū reges q̄uis potentes armis eorum imperio potiti sunt. Est. n inexpugnabilis ab externo milite: propter loca partim deserta: partim arida aquifq; deficiētia. Sūt tamē fontes plurimi: sed absconditi ac solis incolis noti. Nînus igitur arabum rege assumpto exercitū induxit aduersus babylonios arabiae conterminos. Nondū enim cōdita erat babylonia: sed aliae circa vrbes nobiles incolebātur: quibus propter armorū desuetudinē facile superatis tributoq; imposito regem eosq; cū filiis captū interemit. Deinde quibuldam armeniæ vrribus in potestatē redactis barzanes rex nînō viribus impar cum multis donis occurrens & se & regnū eius potestati permisit. Huic nînus magno v̄sus animo armeniæ regnū restituit cōmeatu & militibus impetratis. In medium deinde auctis viribus transgressus: cum ei Farnus rex cum exercitu occurrisset: p̄lio viētum eūq; vxore & septē filiis captum cruci affixit: prospera fortuna elatū nînū cupiditas: cæpit totius asiae: quę inter tanaim nilūq; iacet potiundi. Secūdæ &. n. res vt plurimū maiores ingerunt cupiditates. Itaq; p̄side ex amicis quodā mediq; imposito ipse ad reliquam subiiciendam asiā profectus omnē annis decem & septē p̄ter īdos ac bactrianos in potestatē rededit. Pugnas singulas aut deuictosq; numerū nullus scriptor tradidit. Nos q̄ excellētiora ferūtūr ethesiā gniđū secuti paucis narrabimus. Subiecit oēs maritimās ac p̄pinquas gentes Egyptios: phœnices & interiorē syriam: ciliciam: paplīam: liciam: cariam: phrygiā: misiā: lidiam troada: & phrygiā quę est supra helleponsum: propontida etiā ac bythianam & capadociam. & gentes iuxta pontū barbaras v̄sc; ad tanaim flumen suā ditionis fecit. Adiecit imperio cadustos: tapiros: hyrcanos: drancas: deruicos: carmanios: corūneos: rhombos: vorcāios: parhos: persas preterea ac susianos: capiōs q̄ ad quos angustus est aditus: vnde & portæ caspiæ ap pellat. pluresq; alias q̄s recēdere instituto opere prolixius esset ignobiles nationes. Initio cum bactrianis bello cum & locoq;

Nini gesta

Barzāes.

Farnus.

Caspiæ portæ

LIBER

difficultate & hominū numero se tutarentur : retrocedens in tempus aliud id certamen distulit. Deducto in syriā exercitu: vrbī cōdendæ locum elegit. Verū cū superiores omnis gloria & rebus gestis superasset: & vrbē quoq; ingētem condere statuit: cui par magnitudine neq; fuisset antea: neq; esset futura.

Vrbis ni-
ne a nino
cōstrucē
magnitu-
do.

Arabum regem donis spoliisq; cumulatū magnifice cum exercitu domū remisit. Ipse coactis vndiq; viribus: & his quae ad tantum opus spectarent paratis supra euphratē vrbē condidit non æqua laterum dimensione: nam duæ muri partes lōgiores erant reliquis. Horum latus quo dlibet longitudine est stadiorū cētum quinquaginta. breuiores vero stadiis nonaginta Qua muri dimensione ambitus stadia complectitur quadrängenta octoginta. Et sane spe sua nequaq; frustratus est. Nulla enim postmodū vrbs tanto ambitu tantaue moenīū magnificētia cōstructa est. Altitudo murorū pedū est centū: latitudo qua tres currus simul perābularent. Turres mille & quingente quarū alitudo pedū est ducētoꝝ. Habitare eam coegit maiori ex parte assyrios: & quidē potentiores: Ex reliquis nationibus voluntarios assumpſit. a nomine suo vrbem ninam appellans

De semi-
ramidis
ortu Fa-
bula.
Ascalon.
Derceta
in piscē

Agros p̄pinquos habitatoribus diuisit. Condita vrbe arma in bactrianos vertens ibi Semiramidē vxorem cāpit: quae cum clarissima omniū mulierū feratur. quomodo ex humili fortuna ad tantā gloriā peruererit: haud ab te erit referre. Est syrie ciuitas Ascalon haud procul hac stagnū est piscibus plenū iuxtagq; templū insigniæ deæ: quā appellant Dercetā facie hominis: reliqua parte corporis pīscē. Huius causæ fabulam ferunt. Venerē aliquādo obuiā ei deæ factā amorē cuiusdam speciosi adolescentis sacrificatiis sibi iniecisse: exq; eorū esse coitu filiā natā: deā sui erroris pudore ductam amouisse adolescentem. Filiā vero in loca quædā deserta ac saxosa. in quib⁹ aues erāt plurimæ exposuisse: ibiq; quasi diuino nutu ab avibus infantē nutritā. Se vero pudore doloreq; cōpulsam in lacū abieciſſe: atq; ibi in pīscem cōuersam. Vnde & syrii vsq; ad hæc tēpora his piscibus abstinentes eos pro diis colūt. Tradunt rē mirandam aues infantem alis confouentes nutritiſſe coagulato lacte ex proximis pastorū mapalibus capto. Aēto anno cū firmiori cibo egeret aues caseū eodē ex loco raptū ori infantis admouisse. Qua re a pastoribus ex corrosione casei animaduersa infantem speciosam formā compertā ferūt. nutritāq; apud se donec postea datā p̄sidi pastorū regio nomine Simma. Hic libe-

ris carens vt filia magna cura nutrita: Semiramis ab aibus: eo enim nomine lingua syra vocantur: appellavit. Quas postmodum syri omnes vt deas honorat. Hae de Semiramidis ortu fabulæ tradunt. Quæ cū iam nubilis esset: ac pulchritudine cæteras excederet virgines missus a rege ad recensendos greges prefectus syriæ Menones: cū apud Simmam diuertisset cōspectæ virginis amore captus vxore illâ sumēs duxit in ninam. Exq; ea duos Iaparem atq; Idaspem liberos genuit. Cum plures virtutes semiramidis formam exornaret vir mulieri deditus nil absq; eius agebat consilio. Ninus ciuitate a se condita adiecit animum ad bactrianos priam motuosam: accessuq; difficile & hominum numero ac viribus validam. Cū autem priori expeditioe nil profecisset: maioribus opus esse ratus copiis coacto ex singulis gentibus electo ingenti exercitu aduersus eos prefectus est. Tradit ethesias scriptor pedites ad decies septies centena milia fuisse: equitum milia ducenta: currus vero falcatos paulo minus decem milibus & sexcentis: qui militum numerus: increibilis nunc forsan sit audientibus: sed haud quaq; impossible videbitur asiae magnitudinem multitudinemq; in ea nationum animo aduententi. Nam si quis Darit aduersus Satas expeditionem cum octingentis militum milibus: Siquis item xersis in greciam translatum cum infinita pene hominum multitudine sicq; in europa paulo ante res gestas consideret: minime dictis nostris abrogabit fidem. Nam ex unica sicolie ciuitatum syracusis Dionysius exercitum peditum centum viginti: equitum duodecim milium confecit. Naves magnas partim triremes partim quiqueremes ad quadrigenitas ex uno eduxit portu. Romani paulo ante Hanibalis tempora futuri belli prudenter magnitudinem censu in italia tum ciuium: tum sociorum qui bello apti essent habitu de cies centena ferme milia hominum descripsere. At ea ne vni quidem asiae prouincie hominum numero comparanda est: q; ideo recensuimus ne quis ex hac: quæ nunc est urbium solitudine priscam illarum gentium expendat copiam. Hunc tantum numerum getium. Ninus contra bactrianos patriam aspera atq; angustam ducens exercitum in plures partes diuisit. Sunt in bactria plures insignes urbes quarum una ea regia est. Bactra nois præstator cæteris habeturum magnitudine: tum arce admodum innata. Bactrianorum rex erat zoroastes: qui comparato hominum quadrigentorum milium valido exercitu nino in finibus occurrit. Permissaque de industria parte hostium prouinciam ingredi pugna

Menœs.

In bactri
anos ex-
peditione.

Syracuse

Bactra.

zoroas-
tes.

LIBER

nita hostes in fugam versos superat: psequitur cædendo usq; ad montes proximos ad centum milibus hostiū cæsis: deinde auxilium ferente suis nino superati a multitudine assiriorum Bactriani dispsi suæ quisq; vrbi subsidio abiit. Ninus bactriam ingressus cæteris vrbib⁹ captis bactram & natura loci & reb⁹ cæteris, quæ ad defensionē spectant munitā: cum expugnare non posset: obsedit ptracta lōgius obsidiōne vir semiramidis is nino aderat: amoris impatiē vxorē accersit: quæ pspicax magniç vltra muliebrē sexum animi tēpus nacta quo virtutē ostenderet: viā multoq; dierū ingreditur. Induta eiusmodi for mæ stola vt vir mulierue esset negret pspici. Tuebatur ea ab itineris estu corporis colorē agilis ad omne opus. Cuius tanta erat cōmoditas: vt postmodū medicum asie imparent perseq; stola Semiramidis vteretur. Cū venisset in bactriā pspecta ob sidione: tum locis vrbisq; situ: quaç adiri posset aiaduersis: at cem quia loco natura munito difficiliç erat: & quē nullys antea tentarat accessu custodiis vacuā consperxit. intēris omnib⁹ veluti arce ab hoste tuta: vt inferiori parti capestri subsidium ferrent. Sumptis igitur q per loca petrosa abruptaç ascendere soliti erant p aditum vallis præcipitem supata loci asperitate partem arcis cœpit: magnoq; ad terrorē excitato tumultu signū captæ arcis obsidētibus dedit. Qui infra vrbe erant arce amissa obstupefacti derelictis mœnibus fuga saluti cōsuluerūt. Capta ciuitate admiratus Semiramidis virtutē Ninus in primis eam multis donis cumulauit. deinde pulchritudine eius allectus persuadere viro conatus est: vt illam sponte sibi vxorem condonaret: pollicitus filiam se matrimonio in eam gratiam daturū nomine Sosanē. Renuēti cōminatus est ei se oculos ni pareret eruiturū. Hoc pculsus timore simul & amore incensus Menones cum laqueo vitā finisset. Semiramidē ninus vxorem cœpit. Thesauri omnes bactrianoq; magnū aurū atq; argenti pondus ad nīnū perueniunt. q constitutis bactrianoq; rebus exercitum dimisit. Genitoq; ex Semiramide filio cui nomen nini indidit. excessite vita imperio vxori relicto. Sepultus est in regia sepulchro ingētis molis altitudine nouē stadiorum latitudine (vt ait ethesias) decem ei constructo. Cū ciuitas iuxta euphratem sit: in plano cōdita conspicitur velut arx qdam ea moles. Licet multis stadiis distans: quam nūc etiam stare dicūt. Post nīnam a medis dirutā quo tpe assirioq; iperio potiti sunt. Semiramis magni mulier animi cupiēs virū rerum

Mira Se-
mirami-
dis & sub-
tilitas &
audacia.

Sosanes
nini filia
Mors me-
nones

Nini bu-
stum.

gloria excellere vrbē in babylonīa cōdidit: accersitis vndiq̄
 opificibus atq; architectis cæteri' q̄ ad tantā rē pertinebant
 para:is. Addidit ad id epus perticūdū ex omni regno h̄c mi-
 nū milia terdecies cētēna. V̄ibs ab vtroq; latere euphratis: vt
 medius interficiat ædificata: cuius m̄œnia æmbitu stadiū tre-
 centa & sexaginta complectebantur frequentibus turribus ac
 magnis. Erat tanta operū magnificēta. vt in muri latitudine
 sex equorū curritus vna prodiere poscent. Altitudo incredibilis
 audietibus: vt ethelias gnidius ait. Vt aut̄ clitarcus & qui cū
 Alexandro in alia p̄feci sunt scripsere: pedū trecentorū sexag-
 intaq̄ inq̄. Addiderunt etiā quodlibet anni die stadiū muri
 abolutū: vt tot sit stadiorū circuitus: quot dies annū cōficiūt
 Mœnia ex laterib⁹ & asphalto facta: quorū altitudo (vt ethel-
 sias tradit) est passuū quinquaginta. Vt quidā posteriores scri-
 būt: cubitorū quinquaginta latitudo amplior quam qua duo
 currus veherentur. turres ducentæ quinquaginta numero: qua
 rū altitudo latitudoḡ magnificētiæ æquat murorū. Non est
 autē mirādū in tāto mœniū ambitu paucas turres ædificatas.
 Nam cū plurimæ paludes vrbem circūstent: non fuit consiliū
 ea parte turres construere: quæ loci natura esset admodū mu-
 nita. Inter murum atq; ædificia ponērū duo iugera cōficiūt.
 Vt celerius opus cōsumeretur: cuiilibet ex amicis stadiū perfi-
 ciendū tradita ad id impēsa assignauit. His mœnibus summa
 cura ynico anno absolutis. pontē qua parte fluuius angustior
 fluebat construxit stadiorū quinq̄ longitudinis colūnis in p-
 fundo summa arte inuicē pedes duodecim distātes: tactis la-
 pides ædificii truncis ferreis immixto iūcturis liquefacto plū
 bo cōiunxit. Ante colūnas ad impētu aquæ scindēdū cursūq;
 fluuii reprimendū firmos cōposuit angulos: quo ab oī aquæ
 vndiq̄ circūfluētis vi tutæ essent pontē. Is trigintapedū latitu-
 dine erat: ex cedrinis cyparissiq̄ ac palmatū trabibus spectatæ
 magnitudinis cōiunxit. Opus nulli arte posterius eoz quæ a
 Semiramide facta sunt. Ab vtroq; fluminis latere murū duxit
 stadiis trecentis sexaginta pari mœniū vrbis latitudine. Re-
 gias iuxta flumen ex vtroq; pontis latere duas ædificauit: q̄ &
 aspectum latae vrbis p̄berent. & essent tāquā ciuitatis propu-
 gnacula: euphrate per mediā vrbem meridiē versus fluente.
 Altera regia ad orientem: ad occidentē altera spectat: vtracq;
 ingenti ope constructa. Nam quæ ad occidētem vergit: pri-
 mū habet ambitū stadioḡ sexaginta altis & sumptuosis mœ-
 gi

Duebab
 lonia te-
 gie.

LIBER

nibus ex cocto latere constructū. Alter deinde interior est circuitus: cuius in crudis adhuc lateribus varia animatia: quęq; suo colore ad naturae similitudinē exp̄ssa fuere. Huius longitudo stadiorū est quadraginta: latitudo laterum trecentorū. Altitudo (vt ethelias scribit) passū quinquaginta. Turrium altitudo ad passus septuaginta eleuatur. Est & tertius intimus circuitus: qui arcem continet triginta stadioꝝ ambitu. Huius ædificii altitudo latitudoꝝ superat secūdi muri opus: Inerat diuersorū animaliū figuræ in turribus ac muris: colore quoq; ac forma naturali. Erat insuper omnis generis animantiū venatio. Quoꝝ magnitudo quattuor cubitus excedebat. In his semiramis cōspiciebatur ex aequo pardalū iaculata. iuxtaq; eā vir minus iaculo leonē feriēs. Exerat & portas tres: superq; eas varia ex ære posita ornamenta. Hæc regia excellentior ea: quæ ex altera sita erat fluuii parte fuit tum magnitudine: tum ornatū. Illius.n.muri ambitus triginta stadia ex cocto latere complectebatur. loco animaliū æneæ statuæ inerant Nini ac semiramidis p̄fectorūq; & Louis insuper quem bellū babyloniū vocant. Inerant & acies structæ variæq; venationis ad aspiciētum voluptatē. In loco babyloniae humiliori lacum quadratum effodit: cuius singula latera ex latere octo asphaltoꝝ ædificauit: stadia erāt ducenta: profunditas pedum triginta quinq; ad quam flumine super inducto ab regia fossa vtrinq; aditū fecit. Ex vtraq; vero parte ex cocto latere fornicibus constructis asphaltū superinduxit ad quattuor cubitorū spissitudinē. Erant autē muri fossæ latitudinē laterū viginti. Altitudine supra fornices pedū duodecim. Septem diebus opere perfecto flumen in priorē cursum restituit. Statuit autē ab vtraq; fossæ parte portas æneas: que vscq; ad persarū regnū stetere. In vrbis medio tēplū ioui bello erexit: cuius amplitudinem neq; scriptores propter vetustatem & neq; villa memoria singulatim tradūt. Cōstat tamen ob illius mirandā altitudinē a chaldeis: tum oriētem: tum occidētem versus astroꝝ in eo obseruatione factas. Id ex latere atq; asphalto summa arte magnarū impensa est constructū. In summo tēplī tres ingentes aureas statuas Louis Iunonis opisq; erexit: quarū Louis adhuc extat longitudine pedum quadraginta mille babylonioꝝ talentorum ponderis Opis simili pondere in sella aurea residet: ad cuius genua duo astant leones iuxtaq; serpentes argētei ingētis magnitudinis pōderis quilibet est talētoꝝ triginta. Iunonis stās

Louis/ Iu
nonis &
opis sta-
tue.

signū pōderis est talētor̄ octingentoꝝ . Huius dextera caput serpētis tenet. Sceptrū lapideū liniſtra. His oībus cōmuniſ erat mēſa aurea manuſacta lōgitudinī ſpedū quadraginta:duodecim latitudinīs: pōderis talentoꝝ quinquaginta. Duo p̄terea charchesia talentorum triginta erāt: totidēq; vaſa vaporibus apta vtrūq; talentoꝝ triginta. Crateres ex auro tres: quorum Ioui dicatus talēta mille & ducēta babylonīa pēdebat. Alioꝝ quilibet ſexcēta: q̄ oīnia poſtmodū perſarū reges ſurriputere. Regiæ & reliqua ornementa tum tēpore cōſumpta ſunt: tum ab hominib⁹ deleta. Ipsiſ quoq; babylonīæ parua quædam portio ſupstat maxima parte intra moenia cultui agroꝝ expoſita. Erat & hortus penſilis iuxta arcē nō a Semiramide. ſed a quodā syro rege poſtmodū in gratiā pellicis factus. Quæ cū perſa eſſet genere cupiens in mōtibus videre iuxta morē perſarū prata viro perſuasit: vt artificiō excitaret hortū: qui arborib⁹ pratīq; patriā rēpſentaret. Huius horti ſingula latera iuſeribus quattuor extendūt: Aditus veluti in mōte erat aediſiſ altero ſuper alterū cōſtructus: vt ex eo cōſpectus longe lateq; pateret. Testudines in ſolo poſitæ erant: q̄ totius horti pondus ſuſtinerent. Inde aliae ſupra alias excrefcente ſemper magnitudine aedificatae. Nā ſuperiores: in quibus horti muſorū ſuperficies cōtinebatur: altitudine quinquaginta cubitoꝝ rū eminebant. Earū latitudo pedes erant duodecim mūri magna impensa cōſtructi ſpiſtitudine erāt ſpedū viginti duorū: Solum hoc modo conſtabat. Erāt poſitæ lapideæ trabes longitudine pedum ſedecim: ſex latitudine. Supra has pro pauimento ſtratæ arundines alphalto cōpactæ. Deſupercoſti lateres duplići ordine gypſo ſtructi. tertio tegulæ plūbeæ: ne qua humiditas ad testudines manaret. Aquarū inſuper receptacula: quibus humor efflueret. in hoc pauimēto congeſta humus profunda vt magnog; arboꝝ radicibus ſatis eſſet hortum efficiebat: in eo proceræ omnis generis atbores aspectū iucundū reddebat. Lumē quoq; adeo testudines iniuicē p̄bebāt: vt in eis regia deuerſoria haberētur. Præterea aquæ ducitus occulte fabricatus rigabat hortū. Et hæc horti moles poſtmodū facta eſt. Semiramis & aliaſ vrbes ſupra euphratem tigrīq; fluuios aedificauit: in quīs emporia cōſtituit eoꝝ quæ ex media ac partetanis omniq; propinquā regione ferreſt. Poſt nilum enim & gangē fluuiā totius Asiae nobiliora euphrates ac tigris ex armeniæ mōtibus fontes habent. Distant autē ab iniuicem ſta-

Hortus
penſilis

Vrbium
emporii

LIBER

diis mille & quingentis delatip per mediā & paretanos def-
endent in Mesopotamiam : quā vnlīq circūdāes regioni
nomen in diderunt. Deinde per babyloniam fluentes in mare
rubrum deferuntur: Flumina ingētia alueo compreso magna
emporīa frequentātibus existunt cōmoditatī. Vnde & locorū
quæ iuxta aquas sunt mercatores cōtingit ditissimos esse. Se-
miramis ex armeniorū montibus lapidem excidi fecit longi-
tudine pedum centum quinquaginta latitudine vero spissitu-
dinec quattuor & viginti. Hunc magna curruū multitudine
ad flumē delatū nauicq impositū babyloniam detulit : in quæ
via insigniori erexit. Res mirabilis aspicientibus: quā a forma
Obelisc⁹ obeliscū dicunt inter septem miranda opera annuineratū. Cū
Asphalt⁹ multa sint babylonias aspicientibus admiratione digna nō mi-
nus mirabitur quis magnam vim qui in ea gignitur asphalti.
tanta enim illius supereft copia: vt non solum satis tot tātisq
ædificiis fecerit. Sed & populus licet innumerabilis eo arefa-
cto pro lignis vtatur: adeo magna illius copia tāquā ex largo
fonte haurientibus adest . Hūc prope fontem est terrae hiatus
haud magnus sed virtute mirabili. Ei cit.n.odo rem sulphur-
ētū ac grauem: qui transeuntes animātes interficit. Ita enim
anhelitū comprimit: vt spiritu intercluso arrepta respirādi fa-
cilitate mors subito sequatur: est & vltra flumē palus breui cir-
cūscripta loco fumū habens circa solū: in q̄si quis inscius in-
grediatur euestigio attrahitur nulla data regredendi facultate
deinde paulatim corpore quodā corporis totius in profundū
delatus mergitur pauloq post mortui corpus supernatat. His
pfectis operibus Semiramis magno eū exercitu profecta me-
diā versus cū puenisset ad montē: qui bastiganus appellatur.
Is ioui sacer est: castra posuit hortūq iuxta in cāpis patētibus.
cuius ambitus stadia duodecim cōplectabatur cōstruxit fonte
ibi erecto aqua cuius hortū rigaret. Pone hortū saxū altitudi-
ne stadiorū decē & septem scindens in inferiori eius parte suā
effigiem centrūq ei dona ferētium sculpsit. Syris in eo litteris
scriptum erat a semyramide subditorum opere id saxum fuil-
se excisum. Deinde cum a parte campestri æquato ageribus sa-
xi præcipitio in summā trāscendēs in ciuitatem mediā cha-
onam accessisset animaduersa in quodam elato campo stupē-
dæ altitudinis ac magnitudinis petra. Hortū alterum per ma-
gnum in medio illius fecit vbi sumptuosa voluptatis delitia-
rūq causa ædificia: ex quibus & hortū & oēm exercitū (is in

campis erat) spectare posset: erexit. Hoc in loco diutius cōmorata est: geti delitiisq; dedita. Nam alium virū capere noluit vota ne imperio priuaretur. Sed eos ex militib⁹ eligebat: appetebatq; qm̄ castris erāt forma & decore p̄stātes. Quos oēs postea priuabat vita: iter deinde p̄ ecbatanos flexit ad iarcieū montem. Ad hunc multis stadiis per plura p̄cipitia ac convalles erat aditus. Cupiens ergo tum immortale sui monumētum relinquere: tum breviorem facere viam absissis anfractibus locisq; cōcauis ad planū deductis magno sumptu iter brevius reddidit. Quod vīq; ad hoc tēpus Semyramis appellatur. Ad ecbatanā inde campestrē vr̄bem accedens magno sumptu regiam ædificauit. Verū cum aqua ciuitas nullis pp̄inquis fontibus careret aquae ductum in eam vr̄bem admodum necessariū magna impensa laboreq; pduxit. Est mons vr̄bi pp̄inquis stadiis duodecim nomie orontes asper & accessu difficilis: vt cuius recto itinere ascensus vīq; ad summītatem stadiorum sit vigintiquinq;. Ex altera montis parte lacus magnus fluuium effecit: quē illa effosso ab radice mōte in vr̄bem induxit. Erat fosse latitudo pedum quindecim: altitudo quadragintaquinq;. His in media gestis venit in p̄sidem: aliaq; asiae quibus impenitabat loca vbiq; montes saxaq; incidens viam facilem trāse untibus reddidit: in locis planis aggeres statuens: nunc sepulchra defunctorum ducum: nunc vr̄bes in eis ædificauit. Cōsuevit & aliquando in castris paruos aggeres erigere vbi tenitorium suum tendens castra despiceret. Quo factum est: vt vīq; ad nostram ætatem multa in asia eiusmodi rerum vestigia perdurent: quæ opera Semiramidis vocantur. Vniuersa deinceps peragrata ægypto libyacq; magna ex pte in ditionem redacta ad louem Ammonem transiit sciscitatura a deo suæ vitæ fine. Dicitur responsum ei datum ab hoībus migraturam esse atq; a multis asiae gentibus immortalium honores assescuturam. Id q; fore cum ei Ninus filius insidiaretur. Aethiopiā postmodū ingressa plurimacq; sibi subiiciēs multa in ea miranda cōspexit ferunt in ea stagnum esse quadratum: cuius circuitus. clx. efficiat pedes. Aquæ eius colorem similem minio: odorem suaueum neq; veteri vino dissimilem. Virtute vero mirabili: vt q; pota in infanīa vertens cogat occulta errata palam fateri. Sed his haud facile adhibetur fides. Sepulturas defunctorū aethiopis diuersas ab reliquiis faciūt. Sallientes enī corpora inq; vasis pū sepulchreis nuda condētes supra colūnas ponūt. Ita p̄ vitrū defūcti chra.

Semirāmidis lūxuria.

Iarcieū mons.

Ecbatana.

Orontes mons.

Ammon quē semi ramis cōfūluit.

Aethiopis chra.

LIBER

Corpus aspicitur quē admodū scribit Herodotus: quod Cnisi dius etheliaū improbat. Ait enim falliri corpora: sed nequaq; in vitro nudos condī. Vri.n. ideoq; corrupta nō posse spēm seruare: sed statuas aureas cauas fieri in qbus mortuos ponat vi tro circū eam posito. Quo fit vt in locis superioribus sitæ cū cunctātē vitro imago aurea defuncto similis reddatur aspiciētibus. Et hæc ditione sepulchra esse affirmant. Tenuiores argēteas imagines ponūt. Inopes vero fictiles. Vitrū abunde cum plurimum fiat in æthiopia omnes habent. Mores ethiopum aliac; memoratu digna paulopost: cum res eorū priscæ referētur:narrabimus. Cōstitutis æthiopiæ ægyptiq; rebus Semiramis ad bactrianos aīz cū exercitu descēdit maximas habens copias. Cū diutius pacē ægisset honoris cupida excogitauit aliquid memoria dignū bellū gerere. Audiēs igit; indos gētem maximā inter cæteras orbis regionē vero pulchrā fertilem q; esse:arma in indiam vertit: imperabat indis ea tēpestate rex Staurobates maximo fultus exercitu elephantisq; plurimis bello aptis. Est india pre cæteris pulchritudine excellēs: ac multis quæ illam rigent fluminibus distincta bisq; fructus annuatim ferens. Adeo aut omnibus exuberat ad victimū necessariis vt affatim vibilit̄ fructus pbeat. Dicitur nunq; in ea sterilitatem eē aut fructuum vaſtitatē. Est & incredibilis elephantiōrū numerus:q; virtute & robore corporis multo libycis pstant. Si militer auri: argenti: ferri: aeris: lapidum pterea ptiōsōq; cætarūq; terū: quæ ad delicias atq; opes spectent summa copiaq; singula nota Semiramidi ad bellū indicū eius aium impulere Videns aut quantū bellū suscep̄tū esset: magnisq; sibi viribus opus esse: oibus puinciarū pfectis mādauit: vt p magnitudine puinciarum iuniores aptos bello cōsidererent vtq; nouas armaturas pararent. Reliquis quoq; edixit vt post triennium in bactris parati instrūctiq; adessent. Iussit pterea in phoenicea syria cypro aliisq; maritimis locis vbi ea materia suppetit naues fluminibus aptas quæ diuidi possent:parari. Indus.n.magn⁹ pre cæteris eius loci fluuiis regnū indorum terminās pluribus tū ad trāsuelendū: tū ad phibendos a ripa hostes nauigiis eget. Et cū iuxta flumen haud quaq; materia esset nauibus apta necesse fuit illas ex bactris p terram vehere. Inferior vero elephantiōz apparatu rem excogitauit:q; terneret indos cogitātes nequaq; extra indiam elephātos esse. Occisis igitur trecentis boum milibus carnes operariis concessit:coria in sui fecit ele-

Vitrū in
æthiopia.

In india
expeditō

Stauro-
bates.
Indiae
laus

Elephāti

Indus flu-
uius.

Mira se-
mirami-
dis astu-
tia.

phantoz instar. Quæ postmodù foeno refertaveri elephanti spēm præseferabant. Intus hoīem. Camelūz sup quo sedens formam beluae duceret inclusit. Hæc in loco semoto occluso q̄ acta ne q̄ exterior emanare possent: vtq; indi improvisa res pculsi veras bestias existimarent. His biennio confectis tertio copias omnis in bactris coegit. Fuit militū numerus (vt ethi-
sias tradit) terdecies centena milium Equitum milia qngenta Currus ad milia centū. Erant totidem numero homines su-
pra camelos cum gladiis cubitoz quattuor. Naves diuisæ ad duo milia: Quas vna & elephantoz simulachra camelī defes-
tebant. Assuefecit autem equos ne eis simulachris terrentur. Quod & pseus macedonum rex multis post annis in eo bello imitatus est quod cū eo romani elephantos habentes libycos gessere. Verum neq; illi in bello neq; Semyramidi p̄fuerunt. Audita rex indoꝝ tum exercitus magnitudine: tum ingenti apparatu belli conat⁹ est excedere Semyramidis vires. Et pri-
mum ex arundibus nauigia confecit ad quattuor milia fluvio accommodata. Ferunt.n.indiæ: tum flumina: tum loca palu-
stria atundinum copiam ita crassog; vt nequaꝝ ea vlnis homi-
nes amplecti queant. Ex his naues optimæ fiunt ppter arun-
dinum robur. Armog; quoq; omnis generis copiam parauit.
Ex vniuersa india accitis maioribus q̄ quæ erant Semyrami-
dis copitis: Elephantorumz silvestrium venatione facta pluris
mos ad bellum instruxit: vt terrorera aspicientibus iniicerent
Omnibus: quæ belli vlus poscit: pparatis nuncios ad semyra-
midem iam appropinquantem mittens reprehendit eius am-
bitionem: q; nulla iniuria lacepsita bellum sibi inferret. Multis
q; verbis eam p litteras incusans deosq; inuocans testes mina-
tus est si acie victa esset se illam cruci affixurum. Lecta episto-
la ridens Semyramis non verbis sed virtute certandū esse ref-
pondit. Deinde ad indum perueniens inuenta regis classe ad
certamen parata: Et ipsa suas naues electis militibus instruxit
Ibi durum certamen cōmissum est: ac diutius magnis vtrinq;
vitibus pugnatum. Tandem superata indoꝝ classe: qua in pu-
gna ad mille naues submersæ sunt multiq; mortales capti: pō
tem quo facilitor esset transitus supra flumen construxit: presi-
dioc; ab vtroq; latere imposito omnis copias traduxit: insulas
quoq; ac vrbes in flumine sitas cœpit ad centum milia homi-
nū in seruitutē redactis. Classe armilla indoꝝ rex simulā suas
kopias pcul a flumine retro abduxit: vt hostes id formidine

Bellicus
apparat⁹;

Aiaduer-
te dictū.

Vincitur
classis in-
dica.

LIBER

factū rati fluuiū transirent. Quo cognito Semyramis cum ex voto res cæderet parte copiarū ad pontis custodiā relicta: indos cū reliquo exercitu prosecuta est. Præcedebat elephātoꝝ simulacra: quo regii exploratores elephantōꝝ apparatu conspecto regi metū iniicerent. Verum ea simulatio haud diutius latuit. Nā admirantibus indis vñ tanta illi elephantōꝝ copia suppeteret: quidā ex Semyramidis exercitu noꝝe capti rem prodidere. Quapropter cōfusis suis viribus rex fictionē elephantorū p̄dicens: vt sublato metu acrius pugnā inirent: copias oīs aduersus assyrios eduxit. Instructa quoq; acie Semyramis proficiscebatur. Appropinquatib; exercitibus rex eges ac currus in pria acie ante phalangē destinauit. Semyramis simulatis elephantis aduersus equites p̄missis: initoꝝ certamine regios equites fudit. Assueti. n. veris elephantis equi noua forma olfactuꝝ insueto turbati sunt: itaq; pars i hostes equorū impetu: pars in alia loca defertur. Semyramis cum electis militibus victoriā secuta in primis pugnās indos in fugā vertebat. Quibus ad phalangē refugientibus: Staurobates haud ea re percussus aciē peditum p̄cedentibus elephātis p̄mouit. Ipse in dextro cornu pugnās supq; valido elephante insidens aduersus reginā virili aio proficis citur casu eodē in cornu pugnātē. Veri elephāti cōtra simulatos ibāt neq; pari robore pugnabatur. Superiores erāt regii. magnāq; edebant assyriorum cædē: partim qui elephantōꝝ pedibus cōterrētur: partim qui interirint: aut lacerati dēribus aut a proboscide absumpti. Cū magnus interfectorū alterius super alterū cadentiū: cumulus fieret: timor ac terror oīa cōplesset: nulli iā ordinē seruabāt. Ita oībus ferme assyriis ad fugā intentis rex Semyramidi casu obuius primū sagitta brachiū eius deinde iaculo humerū sauciauit. Regina haud quaq; vulnere. (Leue. n. erat) exterrita cū equū ascendisset belua iniquēte ferme capta est. Oēs in fugā versi ad naues tendūt. Insequentibus indis magna cædes facta est per loca tantæ multitudini angusta. Cū equitibus pedestrib; qui ad pontē tendebat in mixtis alter alteri impedimento esset: vt neq; fugæ neq; salutis ullus daretur locus. Sed ipsi suo met tumultu op̄pssi interirint. Multi ex vtroq; pōtis latere p̄fugietiū raultitudine in aquā p̄cipitati sunt Semyramis: cum maior eorū pars: qui bello supfuerant flumē transissent: pōtē (is supra naues fabricatus erat) discidit. Naues in plures partes diuisæ delatae q; p̄ flumen in diuersa loca applicueſ multis

Affyriōꝝ & indōꝝ cōflictus.

Semyra- mis sau- cia.

indos, qui illas insequendo ascēderāt vi fluminis submersis.
 Rex multis prodigiis augurūq; responsis monitus ne flumen
 transiret finē persequendi fecit. Semyramis pmutatis captiuis
 in bactrianos rediens maiorē exercitus partē dimisit. Paulo-
ut breui ac sub obscuro multaq; ex animo dubia loquuntur: plurima ad iactantiā in eoz laudē dicūt & ad cæterorum cōtemptū. Minaces sunt ac detractores: opinioneq; inflati acuti ingenio & a doctrina minime alieni. Sunt & apud eos melodiarū poetæ quos appellant bardos. Hī cum organis veluti cū lyra cantant hos laudantes alios vituperantes. Philosophi quoq; ac theologi quos vocant saronidas p̄cipue ab illis coluntur. Utuntur insuper diuinatoribus qui apud eos cū augūtiis & sacrificiis futura p̄dident. Plurimi existimātur omni eis obtēperante plebe. Cum vero de rebus magnis consulunt mirabilem incredibilēq; seruant cōsuetudinē iugulat enim ense hominē. Quo decidente tum ex casu: tum ex mēbroq; lacertatione: tum etiā ex sanguinis ex fluxu ex quadam atiq; rerū obseruatione norūt futura. Est apud eos moris nullum absq; philosopho sacrificiū facere. Existimant enim per diuine naturę consciens sacra fieri oportere tāq; deis propinquiores. Horum intercessionē bona ab diis censem petēda. Quoq; consilio & pace & bello fruuntur: poetæ vero tanti apud eos sunt: vt cū extorta acie exercitus eductis ensibus iactisq; iaculis propinquant non solum amicis: sed hostes quoq; eorum interuentu a pugna cōcrescant: ita apud agrestiores barbaros ira cædit sapientiae. Et mars reueretur mulas. Nūc quod a multis ignoratur scribetur. Ultra massiliam qui mediterraneas regiones q; iuxta alpes & montes pyreneos incolunt celtæ appellātur. Ultra hos qui ad notum oceanum versus pertinentes oras & Ericinum montem quicq; deinceps ad scithiam vscq; habitant dicuntur galatæ. Quas omnis gentes cōmuni nomine romani galatas appellant. Eorum fœminæ non tantum corporis magnitudine sunt viris similes: sed etiā robore. Pueri vt plurimi cani sunt ætate prouecti colorem paternum assumunt. Eorum qui subtus arctum habitant: quicq; scythiae sunt propinqui vtpote cæteris agrestiores nonnullos aiunt humanis carnis vesci quēadmodum & hi qui eam britanniae partē: quæ iris dicitur habitant: horum fortitudine feritateq; diuulgata tradunt eos qui prisca temporibus omnem ferme asiam discurrentes cimmerii d'cebātur ipsos esse q; i paulopost corrupto nomine Cimbri sint appellati iam prisca more dant latrociniis operam rapientes a'lena cæteris omnibus cōtemp̄tis. Hi sunt qui roma capta cum delphici apollinis templū sposiassent: magna in europæ partem: nō parvā asiae tributariam

Bardi.

Sarroni des.

Poetæ.

Celtæ

Galatæ

Iris regio

Cimme ri.

Cimbri

LIBER

Gallo-
græci.

fecere agris eorum quos subegerant possessis. Qui in græciā transierunt gallogræci sunt nominati : postremo plures magnosq; romanorum exercitus attruerunt: pari fūrū feritati impietate indeorum sacrificiis abutuntur. Noxios enim quinque nio seruatos sudibus affixos diis sacrificant cum que aliis primiis supra ingentes piras immolant. Captiuos quoq; sacrificant diis. Quidam de hostia cōpta animantia vna cum hominibus interfectam aut in sacrīs cōburunt: aut aliis afficiūt pœnis. Cum mulieres habeant speciosas ad mares tamē pretermodum sunt cupidiores in ferarū pellibus humi dormientes ex vtroq; latere excubitores habent: illa admiranda eorū impudentia: q; speciem corporis facile aliis offerunt in ppaſtulo: Neq; hoc turpe ducunt. Quin potius ignauū putant abnuere gratiam oblatam: sed de his hactenus. Nunc celtiberos recenseamus. Hiberi quondam celteq; pro agris bello certantes pace demum constituta cōmunicataq; inuicem patria tua connubia permisissent: dicuntur hac rerum cōmunione id nōmē sortiti. Duæ igitur robustæ nationes in patria fertili cōiunctæ effecere vt magnū esset celtiberorum nōmen. A romani postmodum certe multo post tempore bello cum eis gesto vix tādem subacti sunt. Nō enim equites: sed & pedites aptos bello robore malorumq; tolerantia cæteris excellentiores habent. Breui vtuntur veste ac nigra lanam habente similem capraturum pilis. Armantur celtiberorum quidam scutis leuibus. Alii rotūdīs vmbonibus magnitudine clypei. Crurib⁹ ocreas ex pilis factas aduoluunt. Galeas ferunt æreas cristatas palmiss. Gladios insuper ex ferro puro ad palmi mensuram quibus in conferta vtuntur pugna. Ferrum suo more ad confiendia arma preparant. Nam ferreas laminas in terram abscondentes ibi tam diu esse sinunt: quoad debiliori parte ferrugine absumpta validior supersit. Ex eo tum enses fortissimos tum cætera ad bellī usum arma necessaria componunt. Hoc pacto fabricata adeo cædunt omnia: vt neq; scutum: neq; galea: neq; aliud quid eis obsistat. Duobus gladiis fulti cū eques stri certamine superiores euaserint ex equis desiliunt pedestre adiuuāt pugnam mirabilis apud eos viget consuetudo. Nam cum in victis munditia elegantes existant vna in re videntur immundi: & spurcitie pleni. Vniuersum enim corpus lauāt vrina: dentesq; fricant: hanc optimam corporis curam existantes. Erga nepharios homines atq; hostes crudeles

Celtiberi

Enses op
timi.

sunt cum adueniis humani atq; hospitales. Aduenientes enim externos benigne hospitio recipiūt: adeo vt æmulationē qua dā inuicem pro illorū honore certent. Quos aduenæ sequūt: hos laudāt: amicosq; deorum putant. Nutriuntur affluenter variis carnibus potum ex melle conficiunt eius copiam pre-
bente affatūm patria. Vinum emptum bibunt: mercatorum o-
pera aduectum. Ex propinquis gentibus gratior est eis vac-
ceorum natio. Hi enim annis singulis fortitos inter se agros colunt: fructusq; cum cæteris communicant: cuiq; sua portio ne prebita. Quod si quis quid agricolæ abstulerit: euestigio multatur morte. Celtiberorum fortissimi habētur q; appellan-
tur lusitani. Peltas in bello paruas ex neruis confectas quibus tegatur corpus habent. His in bello ea agilitate vtuntur: vt &
ictus & sagittas evitent: iaculis ferreis hamatisq; vtuntur. Ga-
leam ensemq; more celtiberorum ferunt iaculum longe faciūt
& summa arte: in acie diutius perseverant mobili corpore le-
uicq; vt facile & fugiant hostem: & insequantur: in perferendis
periculis superantur a celtiberis. In pace choreas leui saltu ex-
ercent cū quædā crurū agilitate: bella ad numerū aggrediūt
poena cū hosti obuiant cantādo hyberi lusitaniq; ætate inte-
gra presertim inopia oppressi qui robore prestant atq; audacia
in montibus asperis manufacta diuersis per hiberiam locis la-
tronum more leui armatura agiliq; corpore veloces discur-
runt. Populatisq; agris ad montes veluti tutam patriam cum
locorum asperitate nullus eo exercitus adire possit: confu-
giunt. Aduersus hos profecti cum exercitu sæpius romani eo
rum audaciam represserunt. Latrocinia nequaq; tollere potue-
re. Sequitur vt de argento quod plurimum apud hiberos op-
timumq; effoditur: quodq; multū vtilitatis incolis affert scri-
bamus. Dictum est a nobis libro superiori in herculis gestis hi-
beriæ montes pyrenei vocantur & altitudine & magnitudine
longe alios excellere. Nam a mari quod ad meridiem iacet:
vscq; ad oceanum ferme ad arctos situm galatiam ab hiberia
diuidunt: per celtiberiam quoq; protenduntur stadiis tribus
milibus in quibus cum sint frequentes siluae feruntur priscis
temporibus igne a pastoribus iniecto montanas omnes regio-
nes fuisse combustas. Qua ex remontes aiunt coghomina-
tos pyreneos. Ardente continua diebus plures ex montibus
argentii puri riuii flamarum vi effluxere. Quod icolis igno-
tum phœnices mercatores vili rerum permutatione emptum

Vacei.

Celtiberi
Lusitani.

LIBER

in græciâ asiamq; ac nationes cæteras deferêtes magnas ex eo cōmertio opes cōtraxerunt. Adeo aut mercatores quæstus excitauit cupiditas: vt cū onustis nauibus superaret argentum amoto ab ancoris plûbo argentū eius loco subderet. Hoc lucro phoenices ad modum opulentî facti plures colonias tum in sicilia propinquasq; insulas tum in lybiā sardiniasq; ac hiberiam destinarūt. Multis post seculis cognito argēto hiberi metallis querendis operam dedere: magnaq; optimi argēti copia reperta ingens ex ea vestigia prodiit. Cum æs aurum argentumq; sint metalla præcipua qui in reperiendo ære dant operam: quartam eius quod effodiunt portionem capiūt. Eorum qui in argento effodiendo occupantur quidā tribus diebus euboicū percipiunt talentum. Terra enim omnis argento refeta est: vt mirabilis sit & eius patriæ natura & operariorum continuo labor. Nam qui primum his metallis reperiendi incumbebant: magnas contrahebant diuitias: impromptu enī est argentum terra habunde illud p̄stante: postea cum romani hyberiam subegissent: italici qui lucri cupiditate id sibi opus sumpsere maxime ex eo ditati sunt. Emptam enim seruorum copiam ad effodienda metalla deputant. Qui variis locis metallorum venas scrutati ac alte lateq; terra effossa plurimum auti argētiq; eruunt variis multorum stadiorum cuniculis sub terram actis: multo facilior quæstus iorq; hæc cura: quæ metallorū: quæ apud atticos reperiuntur: ibi enim multas effodiendo impensas subeunt saepius opinione frustrati: cum aut non inueniant quod querunt: aut inuentum ita parui sit: vt supetur a sumptu. Apud hispaniā q; metallis incubunt reperiendis ampliora spe percipiunt. Bonitate quippe soli glebas semper auro argentoq; fertiles inueniunt. Vt pote omni terra metallis plena. Subtus terram reperiuntur nonnunq; flumina decurrentia quoru cursus spe quæstus vi magna recidunt aut quod mirabilius videtur coeleis quas debent ægyptiacas: diuertunt archimede cum in ægyptum profectus est ad inuentas eiusmodi instrumentis loca vbi metalla effodiuntur electa superiorius aqua summa arte diligētiq; excitant mirabitur profecto quis archimedis ingenium non solum in his: sed in cæteris quoq; maioribus rebus quas multis in orbis partib; egregias fabricatus est de quibus scribetur diligentius: cum ad eius tempora veniemus. Serui qui ad hæc metalla deputati sunt incredibilem quæstum afferunt dominis. Verum cum die noctuq; in

Hispāiae
metalla.

labore perseverent multi ex nimio labore moriuntur: cum nula eis ab opere detur requies aut laboris intermissione. Sed verberibus ad continuum opus coacti raro diutius viuunt. Robustiori quidem corpore & animi vigore plurimum temporis in ea versantur calamitate. Quibus tamen ob misericordiam magnitudinem mors est vita optabilior: cum plurima in hoc metalorum munere sint admiratione digna nequaquam tamen quis admiretur: cur nullus recens horum reperiendorum auctor extiterit verum argenti studio a carthaginibus quo tempore hyberiam tenere ea metalla admuenta sunt. Haec fuit causa ut eorum postmodum excrescent vires. Praecipio enim optimis militum conductis plura gesserunt aduersus hostes bella. Neque domestico neque sociorum militensi romanos siculosque ac lybios in maxima deduxerunt pericula. Cum omnes diuitiis ob auri argentique copiam superarent. Peripicaces sane ut videntur priscis temporibus extiteret ad quaedam fœnices. Itali nullis aliis cessere. Oritur & stagnum in pluribus hyberiae locis non casu repertum: ut quidam scriptores vulgarunt sed effossum conflatumque quemadmodum argentum atque aurum tradunt. Nam supra litoraniam plurimum stagnum effuditur in insulis oceani hyberiae proximis: quae a stagno cassiterides denominantur. Plurimum tamen a britannia insula ad oppositam galliam affertur. Deinde per loca mediterranea celtici mercatores equis per inassalotas ad narbonam urbem romanorum coloniam optimam earum partium: tum oportunitate: tum commoditate adeuntium emporium producunt. Sed de gallis ac celtiberis hactenus. Nunc ad ligures. transeamus. Hi patriam habitantes asperam: ac omnino sterilem plurimo labore continuoque vitam duram agunt. Nam multis arboribus oppleta regione quidam cædēdæ materiei: qui dam subigendo agro lapidum asperitas: cultu difficultate vacat: ita enim terra lapidosa est: ut gleba absque saxo nequieat effodi. Huic vitae eruminosa natura assueti licet multo in labore versentur: parum tamen precipuum emolumenti. Continuum autem exercitium & virtus parcitas corpora eorum macilenta efficit ac robusta. Mulieres quoque virorum labores perferunt assuetæ una cum viris opus facere. Venationibus continuo vacant captiisque feris fructuum inopiam sustentant. Nibus insuper montanisque asperitatibus assueti agiles corpore ac validi redditur. Nonnulli messis raritate carnes pitem dome

Carthagine
s
ginensi
opes vna
de.

Cassiteri
des.

Ligures.

LIBER

sticas edunt: partim ferinas aqua in potum sumpta. Oleribus
vtunq; prout fert regio vt ad quos neq; ceres adierit: neq; Dio-
nysius p̄ceteris diis hominibus utiles in terra cubant vt plus
rimū rari sub tecto aut in tuguriis iacent: plures ad caua saxa
speluncasq; ab natura factas vbi tegantur corpora diuertunt.
Hoc pacto prisco more abiq; apparatu aliquo vnuunt. Dehinc
mulieres viroq; viri ferarū robur & vires habent. Afferunt in
bellis saepius vegetum gallū ab gracili macilentoq; ligure ex
prouocatione singulari certamine vinci. Arma habēt leuiora
quā romani. Operiūtur corpora scuto longo ad formā galas-
ticorū facta tunicaq; succincta. Armantur etiā ferarū pellibus
ac ense mediocri. Quidā romanorū cōsuetudine quos in ea
re imitati sunt: arma immutarūt. Feroceſ sunt & acuti inge-
nii nō in bello solū: sed in cōmuni vita: mercaturā exercent
nauigantes per sardoniū lybicūq; pelagus sponte se grauibus
maris periculis obiectātes. Scaphis enim haud satis more cæ-
terarū nauīū p̄paratis nauigant. Quo fit imminēte tempestate
grauiā subeant vitæ discrimina. Tyrreni: supereſt enim vt de
his loquamur: fortitudine egregii magno potiti imperio ciuitates
cōdiderunt plures atq; opulentas. Classe quoq; potētes
cum diutius mari imperitassent italum pelagus tyrrēnū ab ſe
denominarunt. Pedestri quoq; exercitu p̄ualidū tubam primi
adiuuerterunt & bello admodū utilem & ab illis tyrrēnū ap-
pellatā. Duces exercitus pluribus in lignibus decorarunt. Li-
ctores illi ēburneā ſellā togā purpureā adiicientes. Domibus
addiderūt porticus in quis ſeruorū cōcurrentiū turba diuer-
teret quae imitati postmodū romani inq; melius audita ad ſuā
rem pub. tranſtulere. Litteris quoq; & rerū naturaliū inuestiga-
tioni ac theologiæ plurimo tempore impēſo. Præceteris in ful-
gurum interpretatione versati ſunt: adeo vt noſtra quoq; ætas
te vniuersus ferme orbis tum admiretur viros: tum fulgurum
interpretibus vtatur. Patriam vberem incolunt quam ſtudio:
curaq; efficiunt fertiliorem. Mensa bis in die ſumptuofe pre-
parata: omnia quae ad epularū delicias pertinent abunde ſub-
minifrant. Stragulas inſuper uestes floribus diſtinctas: pocu-
laq; aurea variū generis ac ministroq; ſeruorūq; numerum p̄-
magnum in vſu habent multiplies: vbi non ſolum ſerui fa-
mulantur: ſed etiam liberi plures. Poſtemo priori virtute ab-
iecta potui ſe atq; ignauiae tradentes haud iniuria partanna-
iorum ſuorum in bellis gloriā amifere. Non autē eos parū ad

Tyrreni

delitias impulit patriæ fertilitas: q̄ fructiferea rerum copia ad inertiam voluptatem traduxit. Sunt tyreni campi lati collibus distincti: cultiq; admodum solo fertili: ut qui aquis non hyemnis tantū: sed æstatis quoq; tēpore abundant. Nunc insulas meridiē versus in oceano arabiae: q̄ ad orientē spectat terminatur aut ea: q̄ dicitur cadrosia: positas referemus: ea arabiæ portio pluribus pagis vrbibusq; haud ignobilibus incolitur: quarū aliæ eminentibus in collibus sitæ sunt: aliæ in tumulis aut patetibus campis: regias hñt q̄ insigniores sunt ad modum sumptuosas: frequentibusq; habitatoribus satis opulentas: oēs ea patria pascui variis generis pecoribus plena est. Flumina insuper per eam decurrentia cāpos irrigant: quo redditur fertiliores: ideoq; pars arabiae aliis vbertate prestat. Fœlix est appellata. Ei regioni: quæ oceanū iuxta est: plures apponuntur insulæ: quarū tres merentur litteris commendari. Una in qua non licet iepeliri vita functos sacra dicitur. Altera huic propinqua est stadiis septem: ad quā deferunt sepeliēda corpora. Sacra fructibus caret pterq; thure: quod in ea adeo excrescit: vt per vniuersum orbem satissimat deorum sacris. Fert etiā myrrham plurimū & alia varii generis aromata odo rem prebentia. Thus percipitur hoc pacto. Arbor est magnitudine parua aspectu spinæ ægyptiæ albedine. Folia arboris: quæ cithæa dicitur similia. Flos colore croceo. Thus ab arbo re quēadmodū lachrima emanat. Myrrhae arbor lentisco æ qualis est. Foliū frequentius tenuisq;. Fluit autem effossa ab radicibus terra: in solo vbere bis in anno fructum reddit vere atq; æstate: sed rubeum vere propter rorem: æstate albū. Colligunt autem paliuri semen quo cibo potuq; vtuntur: & ad vētris fluxum. Varii est v̄lus ea omnis regio. Sed optimam rex possidet concessa ei decima omnī insulæ fructuū parte. Insulae latitudinem ducentorum stadiorum esse aiunt: incolitur a pancheis: qui & thus & myrrham in continentem ferunt vendentes arabis mercatoribus: a quibus aliū præcio sumptas in scenicem syriam & ægyptum transuehunt. Inde a reliquis orbis mortalib⁹ importatur. Est & tertia magna insula haud amplius triginta stadiis ab hac remota. Ad orientalem oceanū spectans plurium stadiorum longitudine ab eis promotorio: quod ad occidentem vergit elatiōra in die locatradūt aspici. Sunt in panchea: quæ historiæ mādentur digna habitat eam indigenæ: qui dicunt panchei. Externi preterea īdi: scytæ

Thuris
collectio

Myrrha

Paliutis.

LIBER

Iuppiter.
Triphilii

Solis
aqua

Cœli
sedes

cretes oceano aduecti. Ciuitas est in ea per pulchra nomine panara admodum fœlix. Qui in ea habitant ministri iouis triphilii dicuntur. Soli enim ex his: qui pancheam oram incolumi: suis viuunt legibus: liberi absq; rege Annos: tamen sibi principes creant tres: quorum iudicio mortis excepta poena singula: ita tamen ut res maximas ad sacerdotes referant: permittuntur. Ab hac vrbe stadiis sexaginta iouis triphilii abest templum in campestri positum loco: quod tum vetustate: tu ædifici magnificentia: tu natura loci mirabile habetur. Agri circa templum diuersis arboribus pleni sunt & fructum & voluptatem visui afferentibus: Cyparis enim ingentibus platanu lauro myrto abundant quibus augmentum prebet terra scatériensibus aquis irrigua. Ex agris téplo propinquis adeo ingentes dulcis aquæ fontes manant ut flumen efficiant nauigis aptum. Ex his diuisa in multas oras aqua reddit arbores altitudinis præcipuae quarum sub umbra æstatis tempore calorem homines vitant. Diuersæ insuper varii coloris aues q; in arboribus nidificant tum suauis aures cantu: tum visum oblectant. Horti preterea plurimi: prataq; multiplicibus herbis floribusq; virentia decorum aspectum reddunt diis loci disgnum. Palmæ ingenti magnitudine etiam vberes fructu. Nubes quoq; fertilem cibum incolis prebent. Præter hæc vites in altum elatae multipli palmite patriam efficiunt fertiliore Templum ingens ex albo ædificatum lapide magnis sculptisq; suffultum columnis duorum iugerum longitudinem: cui æqua est latitudo: complectitur. Per magnæ deorum statuæ summa arte fabrefactæ templum exornant. Circum vero sacerdotes quibus sacrorum cura demandata est domos habet. Est quoq; templum iuxta circus longitudinis stadiorum quatuor: latitudine iugeri. Ab utroq; circi latere signa ænea ingentia sita sunt quadrata basi: in eius fine ex vberibus fontibus fluuius quem diximus colore albo profluit. Appellant autem hoc flumen solis aquam: que potu sumpta plurimū confert ad corporis valitudinem: circundat omnem fontem margines ex lapide sumptuoso ab utroq; latere stadiis quattuor usq; ad marginis extreum nulli præter sacerdotes ire fas est. Ager qui circum adiacet stadiis ducentis diis sacer est. Cuius vestigia in sacrificiis consumitur. Hos ultra campos mōs est excelsus diis dieatus quem cœli sedem appellant olympumq; triphilium. Ferunt enim olim cœlum orbī imperatorem cum

ad hæc loca diuertisset ex eius montis cacumine cœlum & stellam contemplasse: ac deinceps olympum triphilium: quo niam externas in eo gentes sed vrbes quoq; eorum Ardenam loiam Asteriam delesse. Sacra insuper in eo monte instituisse quæ sacerdotes castæ annis singulis celebrarent. Post hunc montem in alia pánchez ora variis generis sunt animantia. Elephantes plurimi leones. Pardali: damæ: diuersaq; præterea animalia: tum aspectu vario: tum robore miranda. Habet præterea ea insula tres nobiles vrbes. Hyracidam: Dalidam: Oceanidam. Regio omnis fructifera: sed vini maxime abundans. Viri bello apti. Curribus in bello vtuntur more prisco. Politia eoz trifariam partita est. primū locum sacerdotes tenuerunt quibus adduntur artifices. Secundum agricolæ habent. Tertium milites: quibus pastores adiciuntur. Sacerdotes omnium sunt duces: quibus & controuersiarum iudicia & publica rum rerum arbitria permitta sunt. Rustici agros colunt: fructus omnis in commune conferentes. Qui ex eis optime videntur agro colendo vacare. Hi vscq; ad numerum decem ad cæterorum exortationem distribuendorum fructuum iudices ab sacerdotibus leguntur pastores tum ea quæ ad sacra pertinēt tum reliqua in publicum alia numero pondere alia cum omni ferunt diligentia. Nil enim priuatim cuiusq; est domo atq; horto exceptis: sed tum vestigalia tum cætera sacerdotes percipiunt: æquæ illa cæteris prout vsus fuerit dispartientes: ipsis duplum conceditur. Vestibus induuntur mollibus. Ques enim apud eos plurimū ab aliis differunt molitie. Ornamenta aurea non tantum mulieres: sed etiam viri deferunt torquis bus collum ornantes armillis manus aures more persarum in auribus pedes nouis ac variis coloris calceis. Milites patriam armis vtantur. Pars. n. qdam eius oræ a latronibys qui agricultoras per insidias capiunt infesta est. Sacerdotes ultra reliquos deliciis vacant vitam ducentes mundā ac sumptuosam Stolas lineas maxime tenues ac delicatas: quandoq; vero veste ex moliori lana contextas induuntur. Mitras insuper gestant auro intextas. Sandaliis pro carciamentis variis coloris vtuntur summa arte factis. Ferunt & aurea mulierum more pter in aures ornamenta. Hi maxime deoq; incubūt curæ hymnis & laudib; eoz gesta recēsentis: narrat sacerdotes gen' eoq; manus a creta ab ioue ductū: cū in pánchez venisset: quo tpe iter hoies versat' orbi ipitauit. Hoc colecturā ex sermōe sumūt cā

LIBER

Sacer-
dotū ter-
mini.

Samon
Samo-
thracia.

Diluvia
duo.

multa penes eos verbis cretensium dicatur: benivolentiamq; quam erga cretenses habent tradita illis a maiorib; huius rei memoria a parentibus coepisse. Ostendunt preterea horū scrip ta quædam ab Ioue relata quo tempore templum construxit Reterta est etiam ea patria auro argēto ære stagno ferro. Quo rum nil extra insulam asportari licet neq; vero lacerdotibus extra locum sacrum profici sci fas est. Ultra deprehensum interfici licet. Dona plurima aurea atq; argentea diis a longo tē pore oblata in templo seruat. Valuæ eius structura mirabilis: auro: argento:ebore sunt decoræ. Dei lectus sex est cubitorū longitudine quattuor latitudine aureus totus opifico: splendido:ac venusto. Similimodo & dei mensa tum magnitudine tum pari impensa splendoreq; iuxta lectū posita. Huius in me dio est & alter lectus ex auro permagnus sacris ægyptiorum litteris inscriptus:in quis cœli & iouis gesta:deinde dianæ ac apollinis a mercurio scripta continebantur. Insulas oceanii arabiae oppositas cum recensuerimus. Nunc ad eas transeam quæ græciam ægeumq; pelagus spectant initium eorum a samothracia lumentes. Hanc nonnulli Samon vocitatum pris- cis temporibus tradunt. Deinde ab antiqua samothracia insulae propinqua: Samothraciam dictam. Habitarunt eam prius aborigenes: cum eorum qui in ea primū fuere tum homines: tum duces nullæ nuptiæ ferantur:quidam aiunt prisca tēporibus insulam vocatam samū ab incolis:qui ex samo ac thracia eo profecti sunt dictam samothraciam Sua-olim lingua ab origenes vñi sunt. Cuius multa vestigia in sacris ad nostram usq; etatem perdurant. Tradunt samothraces ante deucaliosis diluvium aliud quoq; antea magnū apud eos extitisse. Id primū ab ostio cyaneo:deinde ab hellesponto erupisse. Ponti enim pelagus in modum stagni fluminum in cursu aquarūq; inundatione ad auctum adeo supramodum in hellespontum effluxit:vt asiae magna pars secus mare sita fuerit diluuiio absumpta:plana quoq; samothraciae ora crescente mari vastata est. Qua ex re posteri pescatorum nonnulli iactis retibus quædam colunarum lapidea capita in terram traxere tanq; civitatibus aqua submersis homines ad altiora insulæ loca confugient. Decrescente deinceps mari accolas vota diis fecisse salutemq; consecutos circū insulam salutis terminos statuisse tradunt. Erexisse quoq; aras:in quibus nunc usq; sacrificatur vt palam sit ante diluuiū eam insulā habitatā. Postmodū ortum

in ea ferunt Saona ex ioue ac nympha vt quidam volunt: vt
 alii ex mercurio & thena qui populum dispersum in vnū cō-
 gregans īdītis legibus Saona ab insula vocatus est. Hic po-
 pulum in quīnq̄ tribus partitus cui libet īdīdit filiorum no-
 men. Tradunt eo tempore ex ioue ac electra Dardanū: Iasium
 & Harmoniam ortos. Dardanus vir prudēs in asiam nauigio
 transvectus urbem dardanam condidit: constituto regno qđ
 posteri troiam appellarūt populos sibi subditos dardanos vo-
 cari fūssit: in multas p̄terea gentes has imperio diffuso dar-
 danos in eis pro thracib⁹ locauit. Iouem vero aiunt cū vel-
 let filiorum alterum honore insignē esse docuisse eū initiādi
 ceremonias quā haud fas est aure nīsi initiatos. Videtur autē
 hic primus hospites initiasse: ex quę ea re ceremonias reddi-
 disse celebriores. Cadmū deinceps Aegenoris Europam quę
 rentem cum ad eos peruenisset perceptis ceremoniis. Harmo-
 niam duxisse vxorem Iasii non vt græci fabulātur martis so-
 rōrem. Has nuptias a diis primū celebratas ferunt. Cererēq̄
 in gratiam iasii ei ex frumento panem attulisse. Mercurium ly-
 ram palladē decantatum monile peplum ac tibias. Elētram
 vero magnæ deorum matris sacra celebrari ostēdisse cū cym-
 balis ac psallentium tympanis. Et apollinēm quippe cythara
 vsum & musas tybiis. Cæteros deos plausu nuptiarum iocū-
 ditatem auxisse tradunt. His actis cadmus iuxta oraculi respō-
 sum condidit in boetia thebas iasius sumpta vxore cybele ge-
 nuit corybantum. Verum ad deos translato iasio Dardanus
 Cybeles ac Corybātus sacra deorum matris in phrygiam de-
 tulerunt. Ceres primo nupta olynipto genuit alcem deāq̄ Cy-
 belē ab se nominauit. Corybātus eos qui matris sacrificiis in-
 cumbebant appellauit ab se corybantas. Despondit quoq̄ the-
 ben cilicinatam. Tibias insuper inde in phrygiam traduxit:
 ac in lyrnesum mercurii lyram ab Achille postmodum subla-
 tam: ex iasio p̄tterea ac Cerere Plutonem fabulæ natum vo-
 lunt: verum constat frumenti copiam in nuptiis armoniæ ob-
 Iasii benivolentiam dono datam. Quę de eiusmodi cerimo-
 niis singulatim tradūnt in archanis seruātur folis initiatis no-
 ta: vulgata est horum deorum p̄sentia: atq̄ in periculis mira-
 bile p̄sidiū ipsorum inuocatibus numen. Effici quoq̄ asseue-
 rāt horū ministeriorū participes iustiores magis pios & prot-
 sus meliores viros. Ideoq̄ yetuli heroes ac femidei qui p̄clarī
 fuere initiari summopere cupierūt. Nam iason: castor: pollux:

Saona.

Dardan⁹
Iasius:
Harmo-
nia.
Darda-
nia.Cadmus
Harmo-
nia.Thebe,
Iasius.
Cybele.Corybā-
tus.
Ceres.
Olīmp⁹.
Coribā-
tes.
Iasius.
Pluto.

LIBER

Naxos &
Strongy-
le.
Butes.
Lycurgus.

Dryos.
Coronis.
Iphime =
dea.
Pācratis.

Agasse =
menuis.
Aloeus.

Othus;
Dia insu-
la que na-
xos dici-
tur.

Leucippus
merdeus
Theseus
ariadne.

hercules: orpheus: his iniciati sacrī fortunatī in bello horum deorum fauore extiterunt. Nunc ad naxum veniamus. Hanc primū strongylem dictā habitarunt ex huiusmodi causa thraces. Fabulantur boreos pueros fuisse butem ac lycurgum nō ex eadem matre fratres. Butes qui iunior erat cū insidias parasset fratri re palam facta nil asperius lycurgus egit: q̄ vt vna cum insidiatoribus nauigis sumptis butes nouam patriā cogeretur querere. Itaq̄ thracibus periculi sociis assumptis p̄ cycladas ad insulam strongylē pfectus nauibus nauigātes pre-dari cœpit. Cū rarae apud eos essent foeminæ: multas ex aliis locis mari raptas aduexere. Cycladum quedam oīno desertæ erant. quedā paucis incolis fulctæ. Quāpp alias regiones predandi gratia petetes cum ab europa arcerentur ad thessaliam nauigarunt. Vbi incōtinente descēdens butes casu in sacerdotes Dionysii cīrea montē arcadiæ q̄ dicitur dryos orgia cele-brantes incidunt His. cōspectis quedā abiectis in mare sacrī cōfugerunt. Alie montē pp̄inquit petiuerē coronis rapta ad Butis cōcubitū cōpulsa est. Qđ illa molestius ferēt cū Dionysii auxiliū iplorasset Butes in insaniā versus in puteū se deīciēs expirauit. Reliqui thraces aliis mulieribus raptis: in quis clarior fuit vxor Aloei iphemedeā: eiusq̄ filia pancratis in insulā sunt reuersi. Hic thraces loco butis alium regem insulæ pre-fecerunt Agassomenū. Cui pancratidem aloei filiā prestantē pulchritudine matrimonio iunxere. Verū anteq̄ regi despōde retur duces eorū precipiti: si cōelos atq̄ cāteris pro pancratide mutuis vulneribus dissensione inter eos orta cōcederunt. Agassomenus amicorū cuidā nuptui iphemedeā dedit: at ve-ro aloei Ephialtes atq̄ othus filii ad inuestigandas vxorem filiamq; missi cum in strongylem peruenissent thracibus bel-lo subactis vrbeq; obsessa defuncta postmodū pācratide in insula thracibus imperantes mansere: appellaruntq; insulā diām Orta postmodum inter eos regni cōtentione cum ad certamē descendissent. Multis vtrinq; cadentibus mutua occubuerunt cāde. Ab incolis postea tanq; heroes culti thraces q̄ superfuerunt cum annis postea d'ucētis in suam tenuissent siccitate vrgente eam deserere coacti sunt. Cares deinceps ex lamia ad-uecti insulam possederunt quibus Naxus polemonis impe-rans pro dia ab se cognominavit naxon: hic vir bonus ac p̄fclarus filium reliquit leucippum. Ex quo ortus filius Merdeus imperauit insulæ. Theseus postmodū ex creta cū ariadne pro-

fectus in ea permanxit insula. Qui cum per somniū dionysii si-
bi nisi ariadnē reliquisset minitante vidisset timore percussus
muliere omissa ex insula discessit. Dionysius noctu sumptam
Ariadnen in montem tulit qui appellatur dryos. Et is primū
euanuit ut deus tum quoq; Ariadne non amplius visa est. Fe-
runt naxii hunc deū apud eos nutritū ob eamq; rē insulā sibi
acceptissimam esse. Nysiadamq; a nonnullis dici. Nam iouē
eorum fabulæ tradunt Semele ante partū fulmine ita sump-
tum in foemore infantem ut clam iunone esset usq; ad pariēdi
tempus abscondisse: inq; naxo insula natū philiæ coronidi. Clie-
dig; loci nymphis præbu issse educandū. Fulminasse aut ante
partū. Semelē: vt nō ex mortali sed ex duob; diis ortus e vesti-
gio fieret immortalis. Incolis vero ob dionysii nutriēdi curā
gratia redditæ felicitate insulæ: & vt classe præstarent præ-
bita. Nam primi ab xerse deficientes & classe eum oppugna-
runt: & apud plateas in acie opera corum insignis fuit. Vina
præterea habent præcipua: inditium haud parvū dei erga insu-
lam affectionis. Hanc simen antea dictam cum esset cultori
bus deserta primū cum triopo aduecti aduenae habitarūt. Ho-
rum duces cithonius neptunni filius ac symes a quo & insula
id nomen sortita est extiterunt: in ea postmodū regnauit ad-
dita cnydiæ parte Nireus charopi atq; aglaiae filius speciosus
admodum: qui cum agamēnone ad troiam profectus est. Cō-
fecto trioano bello insulam coeperunt cares: quo tempore plu-
rimum mari poterant. Hi siccitate ingruente fugientes ex insu-
la locū quem Vranium dicunt habitarunt. Sime mansit de-
serta quoad lacedemoniis argivisq; ad eam insulam transeun-
tibus habitata est. Quidam nauitus nomine qui antea cum ip-
poto venerat sumptis voluntariis colonis in simen tunc inha-
bitatam primum transiit. Deinde nonnullos duce zuchō eo
navigantes communicata cum eis insula suscepit. Eam colo-
niam a cnydiis ac rhodiis deductam ferunt. Calydnam vero
ac Nysiram olim a caribus possessas Tattalus postmodū her-
culis tenuit. Amphitus deinde phippusq; coorum regis filii
ad ilium ab his insulis navigantium duces fuere. Tum vero
a troia quattuor agamennonis nauibus ad calydnam aduecti
immixtiq; accolis ibidem permandere. Priscos nysiræ inco-
las terræmotus absumpsit. Peste deinceps afflita insula eo co-
loniam misere rhodii. Carpathon primi inhabitarūt quidam
minois milites. Quo tempore græcos primus maris imperio

Drios.

Nysiada:
coronis.xerses a
naxiis re
lictus.Sime ci-
thonius.

Nireus.

Nausus.

zuchus.

Carpa-
thos.

LIBER

potitus est: Multis postmodū seculis ioculis dimoleontis argius genere iuxta certū responsum coloniā in carpathū deduxit. Rhodus insula primū inhabitata est ab his quos Telchines appellant secundū fabulas maris filios. Fertut sane eos yna cum chalphurna oceanī filia nutrisse neptūnum ab rhea illis datū. Fuisse quoq; eos aut̄ quarūdam artū inuentores aliaq; ab ipsis utilia permulta in ysum hominū deducta. Statuas insuper deoꝝ fabricasse primo quēdāq; antiqua eoꝝ nomine signa fuisse appellata. Nā apud lidos apollo Telchinius: iuno ac nymphae apud alios telchiniæ Apud camireos iuno thelchinia dicūtur: incantatores etiā volunt eos fuisse & tāq; magos nubes hymbres grandinē niuē inducere: ac mutare proprias formas cū vellent solitos: inuidi quoq; in doctrina atium extitere. Neptūnus iam vir ex alia Telchiniū sorore ab se dilecta genuit liberos mares sex. Femellam vnicā nomine Rhodos: a qua & insula cognominata est. Fuerunt in ea parte insulæ: quæ ad orientē pertinet gigantes: quo tempore iouem ferūt expugnatis Titanis imalie nymphe amore captum tres ex ea suscepisse pueros. Sparteum Saturnū Cytū. Quoꝝ etate tradunt Venerem cū ex cythero cyprū peteret aditū prohibitam a neptūni filiis claris admodū atq; animo elatis ea quæ re turbatā deam eos in infamiā ab severis adegitiss: vt matrē vi cognoscerēt multisq; incolas afficerēt calamitatibus. Quæ neptūnus perspiciens filios ob rei pudorē suffudit in terram: quos orientales demones appellant. Aliā in mare protectā vocavit Leucotheā: cui immortaliū honores incolæ tribuerunt: postmodū telchini futurū p̄udentibus diluuiū relicta abierrunt insula. Lycus deinceps cū in lyciam venisse templū lycii apollinis pene xanthū fluuiū erexit. Facto diluvio cæteri qđ aqua deleti sunt locis insulæ planis ob pluuias in modum stagni redactis: pauci & in his iouis filii qui ad mōtes confugrant euasere. Sol secundū fabulas rhodiæ amore captus insulā a qua amota Rhodū ab ea dixit. Verum id constat cum a pri mordio insula referta paludibus admodū humida esset solis calore arefactos humores terrā fertilem reddidisse. Ab eo aut̄ genitos septē numero qui dicti sunt heliades. Cū alii p̄terea indigentes populi insulā inhabitarent: existimatū est insulam soli sacram esse. Rhodii quoq; postmodū solē præ diis ceteris coluerunt tāq; sui generis auctorem. Traduntur filii ochimus cerchaphus macer Actinus. Tenages Triopas Candalus filia

vna Electione que adhuc virgo functa est vita heroicos post obitum honores a rhodis sortita. Cum fam viri essent heliades solem ferunt dixisse: qui mineruæ primum sacra fecissent apud eos deam futuram. Q uod idem cū atheniensibus prædictum esset: aiunt ab heliadibus omnis propter festinatiam igne immolata hostia Cecropē atheniensium regem postmodum accenso igne sacrificasse. Ex quo hucusq; mons huius sacrificii solum in rhodo perseverat: ibiq; pmanit dea. Hæc de rhodis prisci tradūt: in quis est zenō qui eius insulæ gesta scripsit. Heliades peritissimi omnium: sed maxime in astrologia fuerunt: addiderunt quoq; ad nauigandi artem permulta. Situm insuper terræ conscripsere. Præstatiō inter eos Tenages fuit a fratribus ob inuidiā occisus. Qua re nota cædi: participes aufugerunt. Mater quidam in leibum candalus inchoū. Actis ad egyptum transiens in patris honorem solis condidit ciuitatē. A quo ad egyptios astrologiæ noticia traducta est: postmodum græcia diluio oppresa cum plurimi homines perirent & litterarum quoq; monumenta deleta sunt. Ad diluvii expertes ægyptii astrologiæ artem sunt prosecuti. Qua in re cum græcos ob litterarum defectum anteirent accidit ut primi ægyptii crederentur astrologiæ extitisse repertores Eodē pacto cum ab atheniensibus vrbs nomine Sai in ægypto fuisse condita & hæc quoq; propter diluuium ex hominum memoria delapsa est. Hanc ob causam existimant multis post seculis Cadmum agenoris filium primum litteras in græciā attulisse. Atq; ideo græcos quadam communi ignorantia ductos litterarum inuentionem illi acceptam tribuisse. At vero triopas in cariam nauigans promontorium tenuit ab eo post modum triopian cognominatum. Reliqui solis filii q; procul a culpa cædis erant permanere in rhodo habitantes in illyria vbi & vrbs cōdita ab eis est nomine achaia. Horum ochimus natu major regnum tenens vxorem egetoriā loci nympham duxit: ex qua genuit filiam Cydippen Cyrben postea appellatam. Qua cerchaphus frater in uxorem sumpta in regno successit. His vita functis filiis tres regnum cœpere lyndius illysus Camirus: inundatione deinde aquarum secuta Cyrbe deserta cultoribus facta est. ipsi patriam inter se partiti quilibet. Ciuitatem sui nois condidit. Post hæc danaus ex ægypto cū filiis aufugiens in lyndiā Cypri appulit suscepitq; ab incolis crepto minueræ tēplo statuā ingentē deæ dicavit. Hoc tēpore

Electio =
ne.

Tenages

Astrolo =
giæ egip
ti inuen
tores.Litarum
inuentor

Cadmus

LIBER

Donaus
Phorbas

Tlepole-
mus.

cadmus ad perquìrendam europam missus vehementi facta-
tus tempestate in rhodum venit: ibi q̄ suscep̄to anteā dum flu-
ctibus agitarentur voto ædificauit neptunno téplum. Eiusq;̄
curam fœnicibus quibusdā ab se in insula relictis q̄ illysiis p-
mixti cum eis permāsere pemandauit. Ex his postmodum fa-
cerdotes q̄ faciundis preessent sacris ex successione manarūt
Cadmus & mīneruā lyndiā ornauit donis: in q̄s olla fuit ærea
admodū cōspicua antiquo more fabrefacta. In ea litteris phœ-
niceis quas aiunt primū ex fœnicibns in græciam allatas: ap-
pellataſq;̄ phœniceas inscriptum erat terrā rhodiam a serpēti-
bus vastatum iri. Quapp̄ rhodii postmodum in delphos scisci-
tatum misere: Quo pacto id aduerteretur malū. Respōsu apol-
linis precepit: vt phorbantem cum sociis in insulā asciscerent
Hic laphiti filius cū pluribus erat in thessalia sociis patriam
ad habitandum q̄rens: ac cito iuxta dei responsum phorbāti
pars insulæ ad habitandū concessa est. Cuius virtute deletis
serpentibus liberata est eo timore rhodos. Fuit hic in cæteris
quoq;̄ rebus vir bonus: vnde & post obitum heroū meruit ho-
nores. His actis althemenes catarei filius cretensium rigis cū
oraculum de q̄busdam sciscitaretur: respōsum tulit in fatis esse
vt pater ab eo interficeretur euitare fata cupiēs spōte cū pluri-
mis voluntariis abiit in eam rhodi oram: quæ camiros dicitur
supraq;̄ achabyrum mótem ioui téplum cōstruxit achamiriū
appellatum. Quod & nunc quoq;̄ supra excelsum móris cacu-
men positiū vnde creta cōspici potest præcipuo habetur cultu.
Habitabat Althemenes cū his qui eum secuti erant in camiro
præcipuo incolarum honore habitus. At pater Catatreus cui
nulla erat alia proles mascula filii quē præcipue amabat actus
desiderio profectus est is rhodum reperiendi nati eiusq;̄ in cre-
tam deducendi cupidus. Verum vi fatorum: quæ superari ne
quit urgente cū noctu in insulam descendisset orta inter suos
lociq;̄ incolas cōtentione ac pugna Althemenes suis auxilio
accurrēs iaculo inscius patrē occidit. Qua ex realthemenes
dolore ingēti pculsus cū tantæ vim calamitatis ferre nō pos-
set: fugiens hominum consortia ac sermones solusq;̄ p deserta
inuiacq;̄ loca aberrans dolore consumptus expirauit. Cui a rho-
diis postmodū honores heroum impensi sunt paulo ante tro-
ianum bellū. Tlepolemus herculis filius ob licyniū cædem ab
se inscio interficti ex agro sponte fugiens secundū oraculi res-
ponsum: quod super colonia deducenda cōsulerat cum certis

populis transcendit in rhodium: ibi ab incolis suscepimus habuit. Factus deinceps insulæ rex & patriam omnem reddidit insignem & iuste imperauit: inde ad illum cum agamenno ne prefectus est regni administratione. Buti qui ex agris cum eo fugerat permissa: is vir bello clarus in agro troiano defunctus est. Quoniam rhodiensium rebus cherronesi qui locus eis oppositus est: quædam sunt immixta: haud ab re censemus & ipsa litteris tradere. Cherronesus olim ut nonnulli tradunt a natura loci qui hystrinos dicitur. Ut vero scriplerunt alii cherroneso: qui eis imperauit oris nomen traxit. Haud multo post huius imperium volunt Curetes quinque ex creta eo transfessasse illorum posteros qui ab iove & thea orti sunt: inquit deis montibus cretæ educati: si in cherronesum haud parua classe nauigantes cares in ea habitantes expulere: omnemque eam subactam patriam in quinque distribuerunt partes condita a quo quo eorum sui nominis ciuitate. Paulo vero post inachus argiuorum rex amissa lo filia Cyraum prestante ducem cum haud contemnenda classe ad eam inquirendam destinans redditum absq; filia interdixit. Verum cum diutius variis peragratiss orbis locis incassum quaesita esset. ex caria cherronesum contempta patria petiuit: deinde partim suadendo partim cogendo quorundam locorum rex factus est ciuitate ab eo noie suo condita. Utilitatibus publicæ intentus magna gloria apud subditos vixit. Triopas deinceps contaminatus cæde fratris cum in cherronesum puenisset: a mellisfeo rege cædis purgatus in thessaliam transiit deucalionis filiis belli presidio futurus pulsis: inde pelasgis agrum doteum sortitus est. Cum templū certis euertisset: eius materia abusus est ad regiæ constructionem: igitur incolarum odio contracto ex thessalia fugiens cū populis q; secum nauigarant in cnydiā venit: in qua & urbē condidit sui nos Triopiā. inde pfectus & cherronesum cœpit & ei cōterminæ plurimā cariæ partē. De triopæ genere plures scriptores poetæq; dissentisit. Nā tradūt qdā ipsum ex canace eo li filia neptūnoq;. Alii ex lapitho Apollinis Scibeq; penei ortum. Est in castabo cherronesi templum sanctū Semideæ. De qua cū multa varie feratur haud silendū videtur. Verū nos id quod magis increbuit quodq; consentiunt accolæ referemus Staphilo ac Crisbtheo defuisse tradunt filias tres. Molpadiā Rheam Partheniam theam ab apolline cōpressam grauidam esse factam: patrē iratum tanquam ab homine corruptā filiam

Inachus;
Ciraus.

Triopas,
mellisfeo

Triopia,

Canace.

Staphil⁹
Molpa =
dia.
Rhea:
Parthe =
nia.

LIBER

Anius

in arca inclusam in mare deieceris: quae cū in delū appulisset: filium genuit nomine anīū. Mulier preter opinionem salutem assecuta infante post partum supra Apollinis altare posito deum orauit vt si ex eo esset genitus puerū saluaret apollinē dicunt abscondito infante eius educandi curam cœpisse. Doctūq; deinde diuinandi artem magno honore affecisse at vero Molpadiā partheniāq; rheæ sorores patris custodientes viñi amphorā pauloante inter homines reperti somnus opp̄ssit interim nutrita apud eas sus thalamū ingressa vini amphorā fregit. Quo dissipato virgines patris iracundiā veritatē cū ad littus cōfugissent e saxo se in mare præcipitauere appollo in earum sororis gratiā manibus suscepitas in cherronesi vrbes incolumes detulit: partheniæ in bubasco cherronesi diuū ho nores habitit: & fanū ædificatum. Molpadia in castamū acce dēs prædicatione apollinis Semidea dicta apud cherronesos in honore fuit: in eius sacris propter casum: qui ex vino accidit. Melicrato libant. Tangentē vero: aut edentē porrum nequaq; fas est templū ingredi: adeo autē postmodum semideæ religio extreuit vt non incolæ solum: sed exteræ quoq; gētes ad id templū proficisci eretur sacris donisq; egregiis deā colētes. Quod vero maximū habetur Persæ imperantes asiæ cū omnia græcog; loca sacra expilassent: solū huius semideæ tē plū intactū liquere: latrones insuper singula rapientes hoc solū haud quaq; muro cinctum: vt absq; periculo spoliari qat inuolatū sinūt. Huius rei causam tradūt deæ cōmunē in omnes beneficentiā. Nam & egras per somnū curas morborum docet: & multis insuper sanitatē desperantibus salutem p̄bet. Mulieres præterea parturiētes a laboribus acvitæ discrimine hæc liberat dea. Quo factū eslt plurimog; qui salutē affecuti sunt donis refertum tēplū existat: neq; custodibus: neq; moe niis: sed religionē tutis & de rhodo: cherronesog; hactenus. Nunc ad cretam transeamus. Qui prius cretam inhabitarunt antiquissimi dicuntur ethio cretæ indigetes fuisse. Horum rex cretas fuit plurimarum in ea insula rerum: quæ ad vitam mortalium conferrent inuentor. Plures quoq; deorum apud eos fabulantur extitisse: quos propter beneficia hominib; im pensa vt deos posteri coluerūt: de quibus singulatim recensebitus: eos imitati: qui cretensiū gesta cōscripsere. Primi qui quidem memoriae tradantur in creta circa idem habitatunt: Idei dati idei dactili appellati. Hos quidē cētum fuisse numero tradūt.

Creta
Cretas
rex

Alii decem: qui eo nomine vocati sunt: ob patrem numerum manuum digitorum: in quis est Ephorus. Volunt nonnulli Ideos dactilos ex ida: quae est in phrygia extitisse: indecum Migno transcendisse in europam diuinam quoque arte peritos docuisse cantum initiationes ac mysteria. In Samothracia vero magnam sui admirationem praebuere incolis: quo tempore orpheus ferunt ingenio ad poesim melodiique praestanti horum discipulum primum ad graecos iniciandi morem mysteriisque at tulisse: idei dactili traduntur: ignis vsum ac aeris ferrique natum quoque modo fabricarentur in loco: quem berecynthum dicunt inuenisse: cum magnorum bonorum generi hominum haberentur auctores immortalium honoribus donati sunt. Scribunt etiam unum ex eis appellatum herculem: qui cum gloria excelleret olympia instituerit certamina. Posteros vero nomini similitudine ductos esse opinatos ab hercule Alcmene ea certamina instituta. Horum asserunt antiquitus & nunc usque ex tare vestigia: quae foeminae plures ab hoc deo cantus quosdam summant: ac superstigiosa quaedam faciant: tanquam & ipse incatur extiterit & initiationibus deditus. At haec plurimum aliena sunt ab hercule: qui est ex alcmena ortus. Post ideo dactilos secuti sunt curetes nouem: quos quidam ex terra genitos volunt. Alii progeniem idei dactilorum. Habitasse autem in montibus ac conualibus arborum plenis tecta ac indumenta: quae natura preberet: nondum repertis domibus habentes. Cum prudentia eminerent multa ad vitam utilia ab eis invenita sunt. Nam primos omnium greges coegisse: aliquaque mansuefecisse pecora. Mellis insuper & sagittandi venatidique modum induxisse perhibent. Hominum quoque catus ad communem vitam & legum disciplinam illos instituisse ferunt. Repperisse insuperensem galeam ac cum armis saltandi morem: quoque strepitu per magno saturnus deceptus est: aiunt pterea iouem clam saturno ab Rhea matre datum ab his fuisse nutritum: de quo cum singulatim scripturam paulo altius narratio repetenda est. Tradutum Cretenses curetum tempore titanas in gnosia habitasse: ubi & nunc quoque fundamenta viluntur domus: in qua educata thea est: atque antiquum cupressorum nemus. Fuisse autem sex numero viros: foeminas quinque ex celo & terra natos quidam tradunt. Alii ex uno curetum matre Titeta: a qua & id nomen sumptere Mares quidem fuere saturnus: Hyperion: Conis: Iapethus: Creius: postremus oceanus. Horum sorores Rhea

Bericithi

Hercules
Olympia
certamnia

Curetes.

Titanes
caeli filii
terre filii
Titeta.

LIBER

